

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

УБ

69.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

EXPOSITIO
IN LIBRUM
RUTH ET TO-
BIÆ, NEC NON IN PRECA-
TIONEM MANASSÆ REGIS JUDA, PLANA
& DILUCIDA,
TRADITA A
M. BARTHOLOMÆO HEIDE-
RICO FRIBERGENSI, PASTORE
POLSNICII.



I 6 O 8.
JENÆ
TYPIS TOBIÆ STEINMANNI,
IMPENSIS HENNINGI GROSII SEN.
BIBLIOP. LIPS.

GENEROSO, NOBILI AC
STRENUO VIRO, D. WOLFGANGO
GEORGIO à SCHÖNBERG, DOMI-
no in Polsnitz, Bretnig & Ohren, finium Misnitarum
terrarum Gubernatori, Mecenati ac Patrono
suo multum honorando, S. à
CHRISTO.

Nobilis ac strenue vir, Patrone colen-
de, ex quo tempore obitui Reveren-
di, Nobilis ac Amplissimi Viri, D.
Iohannis à Cracau, Misnensis,
Numburgensis & Zicensis Ecclesie Decani di-
gnissimi, nunciatus fuit, dicere non possum, in
quem luctum coniectus sim, quod amicissimo
mīi orbatus nesciam, quo me omni ferè auxilio
humano destitutum vertam, si divinum desinat
simul. Is enim vir fuit, qui à pueris in amici-
tiam suam me ignotum reciperet, foveret intimè,
& amaret ut suum unicè, cum una sub clarissi-
mi viri D. Georgij Fabricij Chemnicensis disci-
plina in Schola Illustri Electoris Saxoniae Mise-
nae per aliquot annos viveremus. Cumq; inter
Nobiles Carolovicos, Schleinicos & Schonber-
gicos



HANCOBA
gicos versaretur, conspicuus inter omnes semper fuit, ut a Praeceptoribus etiam p̄e alys amari mereretur, esseq; carus omnibus. Secuta tempora commodiora, ut is Lipsiae studiorum causa subsisteret, & ad aulica negocia Dresdae ac Praga à Magnifico viro D. Christophoro Carolovicio in domo rubra traduceretur, multumq; sublevaret avunculum suum, sibiq; aditum ad honores, praesertim ecclesiasticos, in Diœcesibus prepararet, notusq; fieret multis in aulis & Ecclesiis Legatus nominatissimus ad Principes, Electores ac Proceres, Civitatesq; Imperij Romani. Fatigatus autem laboribus apud exteriores, curisq; domesticis in decessione nobilis Matronæ Marie à Gersdorf coniugis dilectissimæ senex nonnihil absumptus, doniq; apud suos viduam vitam agens, placide vitam cum morte commutavit Numburgi, cuius anima in Christo quiescit, & in spe resurrectionis corporis sui salutem vita aeterna expectat. Hic exitus viri, pietate, eruditio, nobilitate & dignitate clarissimi amici mei summi, in cuius locum quem surrogem, non facile video, ita ab amicis bonis & fidelibus distinctor, cum hoc tempore maximè Patronis opus habeam in laboribus meis sacris revidendis, ac in publicum horatu aliorum edendis. Undiq; autem circum-

spiciens

spiciens te successorcm in familia Caroloviorum materna reperio, & jure quidem, quod parenti tuo Iohanni Wolfgango à Schonberg in armis viro strenuo ac aula Electoris Saxonia Augusti Praefecto gravissimo notus esset, necessitudoq; summa inter ipsos intercederet. Accidit etiam non casu erroneo sed facio divino, ut ego Polsnicum Pastor, Reverendo ac Clarissimo viro Polycarpo Lysero sic ordinante transferrer, cui officio annos tredecim jam præsum, & ita T. Nobilitati coniunctus essem, mihiq; calcar ad lucubrations edendas adderetur. Quare te Patronum succedentem in familia, ac quasi hereditarium in amore ac officijs præterire nolui, quin potius antiquam gratiam in familia Caroloviorum ac Schonbergicorum conservare. Avia enim Iohannis à Cracau, avi tui materni Georgii à Carolovicio in Gribensteinio ad VValteimum soror fuit, ambo in tertio gradu linea & equalis. Ab initio vero expositionem in Librum Ruth & Tobiae extrudere volui, teq; nobilem ac strenuum virum VVolfgange Georgi compellare, ut sub patrocinio tuo labor hic prosperum cursum haberet, & felicius in ora virum exiret. Ingenium meum tenue, ac venam aridam facile agnoscere, studium tamen qualecumq; in elaborando probari planè

)†(3

con-

confido : nec is sum , qui gratiam vener laudis
cupidus , sed alijs in sacris Scriptis evolvendis
gratificari cupiam , è quibus sunt Reverendi &
Doctissimi viri M. Iohannes Arnoldus , Pastor
in Brititz ad Elystram in Lusatia superiore , &
Iohannes Kerfeldus , Pastor jam Suinfurti in
Franconia . In expositione Libri Ruth pingui
minerva usus sum , & juridica quadam inter-
textui , quod materia & necessitas hoc requireret ,
& is Liber à paucis hactenus sū tractatus , vel
certè in transcurso : Tobias succinctior in textus
dispositione ac doctrinarum collectione , quod
tempus magis commodum mihi esset in ocio libe-
rali inter meos . Nullibit amēr quid deesse puto ,
quod utrobīg pro viribus egerim , sitq; laudanda
voluntas de Studiosis Theologiae benemerendi .
Addidi Preceptionem Manasse Regis Iuda , quod
brevis ea esset ac succincta , in forma decente ho-
minis pīj ac verē pānitentis quam rectē intelle-
ctam fidei analogam esse judico . Tuū erit vir
nobilissime Opellæ huic mea benē consulere , &
contra obrectatores justo patrocinio defendere .
Quod si latior aura me aspirarit , reliqua apud
me quā sunt , in Prophetas , Psalmos ac Harmo-
niam Evangelistarum , prodibunt . De locis et
jam communibus , breviter & methodicè conge-
sis ,

stis , & de expositione Catechetica latinè & ger-
manicè scripta , alijs q; polliceri possem , si vita mihi
Deo concedente prolongaretur . Hisce in Christo
Patrone ac Collator optimè vale cum coniuge ca-
ra , ac liberis tuis dilectissimis . Polnicij Festo Mi-
chaelis anni 1608 .

T. Gen. Nobilitati addictus

M. Bartholomeus Heiderichus
Pastor ibidem .

¶ 4

LIBER

LIBER RUTH.

C A P . I.

IN diebus unius Judicis, quando iudices præterant, facta est famæ in terra. Abiitq; homo de Bethlehem Juda, ut perigrinaretur in regione Moabitide, cum uxore sua ac duobus liberis. Ipse vocabatur Elimelech, & uxor ejus Noëmi, & duo filii, alter Mahalon, & alter Chelion: Ephratae de Bethlehem Juda. Ingressi q; regionem Moabitidem morabantur ibi. Et mortuus est Elimelech maritus Noëmi: remansitq; ipsa cum filiis. Qui acceperunt uxores Moabitidas, quarum una vocabatur Orpha, altera q; Ruth. Manseruntq; ibi decem annis. Et ambo mortui sunt, Mahalon videlicet & Chelion. Remansitq; mulier orbata duobus liberis ac marito. Et surrexit, ut in patriam pergeret, cum utraque nuru sua de regione Moabitide. Audierat enim quod respexisset Dominus populum suum, & dedisset eis escas. Egressa est itaq; de loco peregrinationis suæ cum utraq; nuru: & jam in via revertendi posita, in terram Juda. Dixit ad eas: Ite in domum matris vestræ, faciat yobiscum Dominus misericordiam, sicut fecistis cum mortuis & mecum. Det vobis invenire requiem in dominibus virorum, quos sortituræ estis. Et osculata est eas. Quæ elevata voce flere cœperunt. Et dicens: Tecum pergamus ad populum tuum. Quibus illa

illa respondit: Revertimini filiæ meæ, cur venitis mecum? num ultrà habeo filios in utero meo, ut viros ex me sperare possitis? Revertimini filiæ meæ, & abite: jam enim senectute confecta sum, nec apta vinculo conjugali: Etiamsi possem hac nocte concipere, & parere filios. Si eos expectare velitis, donec crescant, & annos pubertatis impleant, antè eritis vetulæ, quam nubatis. Nolite, quæso, filiæ meæ, quia vestra angustia magis me premit, & egressa est manus Domini contra me. Elevata igitur voce, rursum flere cœperunt, Orpha osculata est socrum. (ac reversa est.) Ruth adhæsit socrui suæ. Cui dixit Noëmi, enversa est cognata tua ad populum suum, & ad Deos suos, vade cum ea. Quæ respondit: Ne adverseris mihi, ut relinquam te, & abeam: quocunq; enim perrexeris, pergam: & ubi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus, populus meus; Et Deus tuus, Deus meus. Quæ de terra morientem suscepit, in ea moriar, ibi q; locum accipiam sepulturæ. Hæc mihi faciat Deus, & hæc adda, si non sola mors me & te separaverit. Videns ergò Noëmi, quod obstinato animo Ruth decrevisset secum pergere, adversari noluit, (nec ad suos ultrà redditum persuadere.) Profectæq; sunt simul, & venerunt in Bethlehem. Quibus urbem ingressis: velox apud cunctos fama percrebuit, dicebantq; mulieres, Hæc est illa Noëmi. Quibus ait: Ne vocetis me Noëmi (id est, pulchram,) sed vocate me Mara, (id est, amaram) quia amaritudine valde replevit

HANCOBA
vit me Omnipotens. Egressa sum plena, & vacuam
reduxit me Dominus. Cur ergo vocatis me Noe-
mi? quam Dominus humiliavit, & afflixit Omni-
potens. Venit ergo Noemi cum Ruth Moabitide,
nuru sua, de terra peregrinationis suæ, ac reversa
est in Bethlehem, quando primum hordea mete-
bantur.

C A P. II.

Erat autem viro Elimelech consanguineus ho-
mo potens, & magnarum opum, nomine Bo-
oz. Dixitq; Ruth Moabitis ad socrum suam: si ju-
bes, & colligam spicas, (quæ fugerint manus me-
tentium,) ubicunq; clementis in me (patrisfami-
lias) reperero gratiam. Cui illa respondit: Vade
filia mi. Abiit itaq;, & colligebat spicas post terga
mententium: Accidit autem, ut ager ille haberet
dominum, nomine Booz, qui erat de cognitione
Elimelech. Et ecce ipse veniebat de Bethlehem,
Dixitq; messoribus: Dominus vobiscum. Qui re-
sponderunt ei: Benedic tibi Dominus. Dixitq;
Booz juveni, qui messoribus præterat. Cujus est
hæc puella? Cui respondit: Hæc est Moabitis, quæ
venit cum Noemi, de regione Moabitide. Et ro-
gavit, ut spicas colligeret remanentes, sequens
messorum vestigia: & de mane usq; nunc stat in
agro, & ne ad momentum quidem domum rever-
sa est. Et ait Booz ad Ruth: Audi filia, ne vadas in
alterum agrum ad collendum: nec recedas ab
hoc loco: sed jungere puellis meis. Et ubi messu-
erunt, sequere. Mandavi enim pueris meis, ut
nemo

nemo molestus sit tibi. Sed etiam si sitieris, vade
ad sarcinulas, & bibe aquas, de quibus & pueri mei
bibunt. Quæ cadens in faciem suam, & adorans
super terram, dixit ad eum: Unde mihi hoc, ut
inveniam gratiam ante oculos tuos, & nosse me
dignareris peregrinam mulierem. Cui ille respon-
dit: Nunciata sunt mihi omnia, quæ feceris socrui
tuæ, post mortem Viri tui: & quod reliqueris pa-
rentes tuos, & terram, in qua nata es: & veneris
ad populum, quem antea nesciebas. Reddat tibi
Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem re-
cipias a Domino Deo Israel, ad quem venisti, &
sub cuius configisti alas. Quæ ait: Inveni gratiam
apud oculos tuos, Domine mi, qui consolatus es
me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non sum
similis unius puellarū tuarum. Dixitq; ad eā Booz.
Quando hora vescendi fuerit, veni huc, & come-
de panem, & intinge buccellam tuam in aceto. Se-
dit itaq; ad messorum latus, & concessit polentam
sibi, comeditq;, & saturata est, & tulit reliquias.
Atq; inde surrexit, ut spicas (ex more) colligeret.
Præcepit autem Booz pueris suis, dicens: etiamsi
vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eam. Et
de (vestris quoq;) manipulis projicite de industria:
& remanere permittite; ut (absq; rubore) colligat,
& colligentem nemo corripiat. Collegit ergo in
agro usq; ad vesperam, & quæ collegerat (virga ce-
dens &) excutiens, invenit hordei, quasi Ephim
mensuram, id est, tres modios. Quos portans re-
versa est in civitatem, & ostendit socrui suæ: In-
super

HALKOBIA
Super protulit & dedit ei de reliquiis cibi sui, quo saturata fuerat. Dixitq; ei socrus sua, ubi hodie collegisti; & ubi fecisti opus? sit benedictus, qui misertus est tui. Indicavitq; ei, apud quem esset operata, & nomen dixit viri, quod Booz vocaretur. Cui respondit Noemi: Benedictus sit a Domino, quoniam eandem gratiam, quam praebuerat viuis, servavit & mortuis. Rursumq; ait: Propinquus noster est homo. Et Ruth, hoc quoque, inquit, præcepit mihi, ut tam diu messoribus ejus jungerer, donec omnes segetes meterentur. Cui dixit socrus: Melius est, filia mi, ut cum puellis ejus exeas, (ad metendum,) ne in alieno agro quispiam resistat tibi. Juncta est itaq; puellis Booz, & tamdiu cum eis messuit: donec hordea & triticum in horreis conderentur.

C A P. III.

POstquam autem reversa est ad socrum suam, audivit ab ea: Filia mi, quæram tibi requiem, & providebo, ut bene sit tibi. Booz iste, cuius puellis in agro juncta es, propinquus noster est, & hac nocte aream hordei ventilat. Lavare igitur & ungere, & induere (cultioribus) vestimentis, & descende in aream Booz. Non te videat homo, donec esum potumq; finierit. Quando autem ierit ad dormiendum, nota locum, in quo dormiat, veniesq;, & discooperies (pallium) quo operietur à parte pedum, & projicies te, & ibi jacebis. Ipse autem dicet tibi, quid agere debeas. Quæ respondit: quicquid præceperis, faciam. Descenditq; in aream,

& sc.

& fecit omnia, quæ imperavarat socrus. Cumq; comedisset Booz, & bibisset, & factus esset hilarius, issetq; ad dormiendum juxta acervum manipularum: Venit absconditè, & discooperto (pallio) à pedibus ejus, se projectit. Et ecce nocte jam media expavit homo, & conturbatus est: viditq; mulierem jacentem ante pedes suos. Et ait illi, quæ es? Illa respondit: Ego sum Ruth ancilla tua, expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es. Et ille, Benedicta, inquit, es a Domino filia: priorem misericordiam posteriore superstasti, quia non es secuta juvenes pauperes sive divites. Noli ergo metuere: sed quicquid dixeris mihi, faciam tibi: Scit enim omnis populus, qui habitat intra portas urbis meæ, mulierem te esse virtutis. Nec abnuo me propinquum: sed est alius me propinquior. Quiesce hac nocte, & facto manè, si te voluerit propinquitatis jure retinere, benè res acta est: Sin autem noluerit ille, ego te (absque ulla dubitatione) suscipiam, vivit Dominus, dormi usque manè. Dormivit itaque ad pedes ejus, usq; ad noctis abscessum. Surrexit itaq; antequam homines se cognoscerent mutuò, & dixit Booz: Cave ne quis noverit, quod huc veneris. Et rursum, expande, inquit, pallium tuum, quo operiris, & tene (utraq; manu.) Qua (extendente &) tenente, mensus est sex modios hordei: & posuit super eam. Quæ portans ingressa est civitatem, & venit ad socrum suam. Quæ dixit ei: Quid egisti filia? Narravitq; ei omnia, quæ sibi fecisset homo. Et ait. Ecce

Ecce sex modios hordei dedit mihi, & ait : Nolo
vacuam te reverti ad socrum tuam. Dixitq; Noe-
mi: Expecta filia, donec videamus, quem res exi-
tum habest : Neq; enim cessabit homo, nisi com-
pleverit, quod locutus est.

C A P. IV.

AScendit ergò Booz ad portam, & sedet ibi:
Cumq; vidisset propinquum præterire, de quo
prius sermo habitus est, dixit ad eum : Declina
paulisper, & sede huc, vocans eum nomine suo,
Qui divertit & sedet. Tolleens autem Booz decem
viros de senioribus civitatis, dixit ad eos : Sedete
hic. Quibus residentibus, locutus est ad propin-
quum, Partem agri fratris nostri Elimelech, ven-
det Noemi : quæ reversa est de regione Moabiti-
de. Quod audire te volui, & tibi dicere coram
cunctis sedentibus ; & majoribus natu de populo
meo. Si vis possidere jure propinquitatis eme &
posside, Sin autem displicet tibi hoc ipsum, indica
mihi, ut sciam (quid facere debeam.) Nullus enim
est propinquus, excepto te, qui prior es, & me, qui
secundus sum. At ille respondit : Ego agrum
emam. Cui dixit Booz, quando emeris agrum de
manu mulieris, Ruth quoq; Moabitidē, quæ uxor
defuncti fuit, debes accipere, ut suscites nōmen
propinqui tui in hæreditate sua. Qui respondit:
Cedo juri propinquitatis, neq; enim posteritatem
familiae meæ delere debo. Tu meo utere Privil-
egio, quo me libenter carere profiteor. Hic au-
tem erat mos antiquitus in Israel, ut si quis alteri

alteri suo juri cedebat, ut esset firma concessio, sol-
vebat homo calceamentū suum, & dabat propin-
quo suo, hoc erat testimoniū (cessionis) in Israel.
Dixit ergò propinquuo suo Booz. Tolle calceamen-
tum, quod statim solvit de pede suo : & detraxit
calceum suum. At ille majoribus natu, & universo
populo. Testes vos, inquit, estis hodiè, quod pos-
sederim omnia, quæ fuerunt Elimech & Chelion
& Mahalon, tradente Naemi. Et Ruth Moabiti-
dem uxorem Machalon, in uxorem sumpserim,
ut suscitem nōmen defuncti in hæreditate sua, ne
vocabulum ejus de familia sua, ac fratribus & po-
pulo, deleatur. Vos, inquam, hujus rei testes estis.
Respondit omnis populus, qui erat in porta, &
majores natu. Nos testes sumus. Et faciat Domi-
nus hanc mulierem, quæ ingredietur domum
tuam, sicut Rachel & Liam, quæ ædificarunt do-
mum Israel, ut sit exemplum virtutis in Ephrata,
& habeat celebre nōmen in Bethlehem. Fiatq;
domus tua, sicut domus Phares, quem Thamar
peperit Iudæ de semine, quod tibi dederit Dominus
ex hac puella. Tulit itaq; Booz Ruth, & ac-
cepit uxorem : ingressusq; est ad eam, & dedit illi
Dominus, ut conciperet, & pareret filium. Dixe-
runtq; mulieres ad Naemi : Benedictus Dominus,
qui non est ad passus, ut deficeret successor familie
tuæ, & vocaretur nōmen ejus in Israel. Et habeas
qui consoletur animam tuam, & enutriat senectu-
tem : de nuru enim tua natus est : qui te diligit,
multò tibi melior est, quam si septem haberet fi-
lios.

HA
K
O
R
T
E
K
A
O
N
I
H
N
K
O
B
A

lios. Suscepsumq; Naemi puerum, posuit in sūlo, & nutricis (ac gerulæ) fungebatur officio. Vicinae autem mulieres (congratulantes ei &) dacentes: Natus est filius Naemi, vocaverunt nōmen ejus Obed: hic est pater Isai, patris David. Hæ sunt generationes Phares. Phares genuit Esron. Esron genuit Aram, Aram genuit Aminadab, Aminadab genuit Nahasson, Nahasson genuit Salmon. Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed. Obed genuit Isai, Isai genuit David, &c.



EXPLI-

I.

EXPLICA- TIO LIBRI RUTH.

 Nimo ad sacra applicato, librum Ruth in manus sumere, & quod materies utiles pro plebe communi in statu œconomico, quin & in politico præbeat, enarrare placuit. Initij autem loco ad intellectum totius libri faciliorem ad quatuor causarum genera expositio dirigenda est, qui autor, que materia, que forma, & qui finis sit.

I.

AUTOR.

IS duplex censeri potest.

I. Primarius, S. Sandus, quia liber Ruth pars historiae biblica est, & ut Augustinus.

2. EXPLICATIO.

gustinus 10. 3. de doctrina Christiana lib
2. cap. 8. magis ad regnum principia vi-
detur pertinere. Testis Petrus Apostolus
2. cap. 1. illud prius noveritis, quod omni
prophetica scriptura non sit private in-
terpretationis, non n. voluntate homini
allata est olim prophetia, sed à S. Sancto
impulsi, locuti sunt Sancti Dei homines.
Non autem prophetia simpliciter vatici-
nium de faturis & presentibus, sed & in-
terpretatio præteriorum in historia pla-
na & dilucida 1. cor. 12. Per spiritum da-
tur alij prophetia. Item Alios quidem pro-
fuit Deus in ecclesia primum apostolos, de-
inde prophetas, tertio doctores. & 1. cor.
14. Major qui prophetat quam qui loquuntur
linguis, nisi interpretetur, ut ecclesia
edificationem accipiat. Historias autem
conscriptisse prophetas ductu S. Sancti, te-
stantur libri Mosis & Samuelis, Nathanii
& Galividentium 1. Para. 29. Mentio fu-
libri generationis Adam Gen. 5. Christi
Matt. 1. libri bellorum domini Num. 21.
libri justorum Ios. 10. capituli libri psa. 40.
libri visionis Naum. 1. Miscet vaticinia &
res gestas Esaias, Ieremias, Ionas. Quid
Evangelista faciūt aliud quam ut histo-

LIBRI RUTH.

3.

riam Christi crucifixi & resuscitati, à
mortuis conscribant, Lucas in primis, qui
& acta apostolorum persequitur altero
volumine? spectat huc locas insignis Ioh.
Ludovici Vivis Valentini de tradendis
disciplinis lib. 5. Autores rerum gestarum
vetustissimi alij ab alijs celebrantur, AE-
gypti sacerdotes suos nobis ingerunt, Gre-
ci Cadmum Agenoris filium: Sed Abra-
hamum Vrensem priorem illis omnibus hi-
storiā reliquise multo est certius, ex
qua sunt origines cœli & terra apud Mo-
ses, atque eam ipsam historiam Abrahamus
ex filiis Sethi accepit, quos Iosephus
xit duabus columnis latericia & saxe
consignasse literis mundi exordia & semi-
na maximarum artium. Quo apparet
historie usum cum ipsis penè hominibus
cœpisse, nimirum sic expediebat humano
generi, Exemplum lectionis historiarum
Ester. 6. Noctem illam duxit rex inhom-
inem, jussitq; sibi afferri historias & an-
nales priorum temporum. Que cum illo
præsente legerentur, ventum est ad illū locum, ubi
scriptū erat, quomodo nunciasset Mardo-
chæus indicias Bagathan & Thares

4. EXPLICATIO.

eunuchorum, regem Asuerum jugulan-
cipientium.

LIBRI RUTH.

8.

II.

MATERIA.

11. Secundarius, sacerdos quispiam, sa-
cerdotum n. manus legem custodire, histo-
rias temporum observare, & si quid aliud
notatu dignu accideret. Hinc Deus ad A-
brahamū Ge. 18. Num celare potero Abra-
ham quæ gesturus sum, cum futurus sit in
gentem magnam ac robustissimam & be-
nedicenda sint in eo omnes nationes terre
scio n. quod præcepturus sit filiis suis &
domui sue post se, ut custodiani viam Do-
minii & faciant judicium & justiciam,
adducat dominus propter Abraham
mnia, que locut⁹ est ad eum. Mosi præcipit
Exod. 17. Scribe hoc ad monumentum li-
bro & trade auribus Iosua, delebo n. me-
moriam Amalech sub cœlo. De Nathan
& Gado historicis dictum antea. Vivo
laudatos scripto suo commendat Sirac
cap. 44. & sequentibus. Et in autorem li-
ibri Ruth curiose inquirere non libet, quo
opus autorem commendet pium ac erudi-
tum, qui historiarum studiosus fuit.

II. MA

LIBRI RUTH.

II.

MATERIA.

AD hanc refertur merito

I. Inscriptio, que Ruth est, persona
primaria in tota historia ab initio ad fi-
nem. Ea Moabitica est & gentilis extra
populum Dei, nubit primo Mahloni filio
Elimelechi post mortem mariti Noëmi so-
cruj adharet fida per vitam : secundo nu-
bit Boe Bethlehemite viro strenuo, eiq;
parit Obedum filiu avja secunda ex gen-
tibus Matt 1. Matrona honesta, religio-
nis vera amans, observans socrum, obse-
quens mari o, nobilis modestia vita, &
castitate conjugali, humana, affabilis &
commodi omnibus.

II. Summa, que brevis & concisa pro
historia modo : α economica, agitur n. de
bigamia Ruth, primò in terra Moabiti-
ca cum Mahlone sine liberis decedente, se-
condo in terra Iuda cum Boe Bethlehemi-
ca, ex quo Obedum filium, patrem Isai, a-
pum Davidis regis in linea Christi susci-
pit, ex gentilibus mater secunda.

II. Partes, & ea secundū capita distincta.

A 3.

IFan-

HALKOBA
EXPLICATIO.

1. Fames in terra Israel, quo tempore Næmis cum suis abit & reddit, cap. 1.
2. Messis in agro Boæ, qui describitur Ruth commendatur, Næmis pascitur cap. 2.
3. Sponsalis, quæ init Næmis, tenta Ruth, accipit Boas, cap. 3.
4. Actio cum consanguineo, qui cedit de jure, Ruth ducitur a Boa, Obed nascitur, genealogia Christi texitur, cap. 4.

III.

FORMA.

HAE historica est in narratione continua per lineas duas collaterale Elimelechi & Boæ: gradus tres Elimelechi, Mahlonis, in cuius locum Boas assumendus est, & Obed filij hujus: personas undecim, ut ex fine capituli quarti appearat.

David rex in Israel, 2. Sam. 5.
Isai senior Bethlehemites, 1. Sa. 10.
Obed carus omnibus, Ruth. 4.

cōjuges

10. cōjuges 20. Boas

uit
fortis, uxor

Ruth, Ruth.

3.

Salmon ex

plor

Elimelech

ux. Næ-

mis.

LIBRI RUTH.

7.

plorator sub Iosua, 1os. 2.

Nahasson dux sub Mose, Num. 1.

Aminadab sacer Aaronis, Exo. 6.

Aram peregrinus in Aegypto.

Hezron affinis Levi.

Perez primatum auferens, Gen. 38.

Iudas patriarcha in sceptro, Ge. 49.

Historiam illustrant circumstantiae, dua in primis temporis & loci.

11. Tempus annotatur diversum, & de generali ut tempore iudicium constat ex capite primo historia Ruth, de speciali alij aliter definiunt. Lyra Heli sacerdotis temporibus proximum statuit & tres Boas in genealogia Christi ponit, cui tamen ipse statim contradicit, historia Samuelis 1. cap. 16. coactus: Rabini sua Abesan duce decimo Iud. 12. ponunt, conjectura incerta: alij ad regimen Leboræ prophetisse cum Baraco lud. 5. referunt, ut nos strates nonnulli, proprius ad historie supputationem accedentes: Verius ad tempus Ehudi Beniamitæ dicas tertij referatur Iud. 3. circa annum mundi 2553. ut tres Boas in ordine suo sine omni scripture autoritate ponere opus non sit, & fuisse Boas annos 71. Obed felicissimus 124. Isai senior 117. 11. Locue

HAKOBA
8. EXPLICATIO.

11. Locus est terra, partim Moabitica ad orum ultra Iordanem & mare mortuum, vellere & melle ditissima: partim Iudaica, & in hac tractus Bethlemiticus agris fertilissimus, id quod ex messe Boaz apparet, ciuitas David, patria Christinae in terris Mich. 5. Luc. 2. Propter Christum igitur, majores ejus & patria Bethlehem, tota historia nobis commendatior sit, gentiles ex omni loco Moab & Ammon, Syria & Assyria, oriente & occidente, meridie & septentrione cum Noemi matre ecclesie adventemus, & ubi Christus inveniendus sit indagemus.

III.

FINIS.

IS multiplex est.

1. In litera continuatio historiae sacra in genealogia Christi, ut habet finis capitis quarti, à capite Genesis: 38. usq; ad 16. prioris Samuelis. Integra genealogia videatur Matt. 1. ascendendo & Luc. 3. descendendo. Facit autem ad certitudinem promissionum divinarum de Messia Christo,

LIBRI RUTH. 9.

Christo, quem in plenitudine temporis missum esse natum ex muliere & factum sub lege, Paulus Gal. 4. testatur.

11. In spiritu, &

1. Exemplum providentia divine in conservanda Ecclesia domestica etiam famis tempore psa. 37. Novit dominus dies immaculatorum, & hereditas eorum in aeternum erit: non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur. Item junior fui & senui, & non vidi iustum derelictum, aut semen ejus querens panem. Luc. 1. Esurientes implevit bonis & divites dimisit inanes. Esa. 49. Reges erunt nutritores tui, & regiae nutrices tuae. Non est inopia timentibus cum psa. 34.

11. Clementia Dei, qui populo suo benedicit in Boaz, & gentium misertur in Ruth, quam in consortium ecclesia adsciscit, inq; genealogiam Christi ut aviam reponit Matt. 1. Ex Ur chaldeorum educitur Abraham Gen. 12. ex oriente ad presso Christi advocantur Magi. Matt. 2. à meridie regina Salo adveniat ad Salomonem, i. Reg. 10. ab occidente Greci Hierosolyma.

A 9.

rosoly-

IO. EXPLICATIO.

rosolymam ascendunt adoraturi Ioh. 12. i.
Septentrione posteritas Iaphet habitatu-
ra in tabernaculis Sem Gen. 9. Esa. 49.
& 60.

3. Confirmatio doctrinae Christianae &
Catechetica in primis, ad capita pietatis
in decalogo spectat agnitus Dei vera,
quam Ruth Moabitis amplectitur cap. 1.
usuratio nominis divini in Boa cap. 3.
Subjectio Ruth erga Naemim & Boam
cap. 1. & 3. dilectio proximi etiam alieni-
genae cap. 1 & 2. castitas coniugalis &
sponsalia ad matrimonium cōtrahendum
cap. 2. & 3. lex de successione fratrum
Deut. 25. In symbolo nomen augustissimi
Dominii, omnipotentis, Domini Dei Is-
raelis viventis cap. 3. & 4. In oratione
dominica votum Naemis cap. 1. & Boe
cap. 2. vicinorum cap. 4: fames premit
Naemim, messem largam habet Boas cap.
1. & 2. sub pane cotidiano in petitione
quarta utrumq; continetur. In doctrina
sacramentorum nomen obed non sine cir-
cumcisione ejus se offert & gaudium su-
per ortum eius patri & toti familiae gra-
tum cap. 4. Ad tabulam præscriptionis
cujusq; tempus prandy spectat, oblatio e-
dulij,

LIBRI RUTH.

II.

dulij, & saturatio in benedictione mensa
& gratiarum actione pro beneficijs acce-
ptis cap. 2. secessio quoq; dormitum & ex-
citatio è somno in precibus & votis con-
ceptis cap. 3. Ecclesia domestica est domus
Naemis inter suos & alienos bene exadi-
cata, cui Ruth se adjungit in confessione,
Boas in cognatione. Iudicium mentio fit
cap. 1. portam ingreditur Boas, testes è
majoribus populi accersit & cognatum
advocat, cum quo transigit cap. 4. Eco-
nomicam gubernationem in varia forte
tota historiadepingit, tristis ea est in do-
mo Elimelechi, qui fame compulsus aliò
migrat, cum filijs decedit, Mahlone &
Chilone, relinquitur Naemis vidua cum
nuribus Arpa & Ruth: letior est paulo in
administratione Boe, qui vir fortis omnia
diligenter procurat, omnia etiam rectè
procedunt, fruitur proventu frugum lar-
go, potitur conjugi dulci, gaudet prole
cara, filio obedo, patre Isai, & auo Davidis
regis potentissimi. Nec est quo quisq; ex hi-
storia, Ruth in commodū suū uti nō posuit,
adeo verū est quod Paulus Rom. 15. ait,
Quacunq; scripta sunt ad nostrā doctrinā scripta
sunt,

sunt, ut per patientiam & consolationem
scripturarum spem habeamus.

CAPUT PRIMUM.

Desribitur fames in terra Israël, quo tempore Noëmis cum suis alit & reddit.

I.

FAMES ET FAMILIA
ELIMELECHI.

Circumstantijs res illustratur commodissime, quarum

I. Tempus, in diebus unius iudicis, quando judices praeerant. Quibus omnibus tempora aliquomodo felicia sub politia Mosaica indicantur, at fame pressantur, ut ex consequentibus apparet. Tempora autem iudicium libera, non in successione ordinaria familie certa, nec in electione certa per sortem, sed in constituzione divina salvatorum ad placitum ipsius in salutem populi Israelitici. De hac gubernatione 1. Sam. 8. Non te abiecerunt sed me, ne regnem super eos; & ab eis appellasse ad regem Israelitę conqueruntur paulo post 1. Sam. 12. Hinc & foedera cum impijs culpantur semper, ut Iosaphati cum Achabo, Maccabaeorum cum Spartaniis & Romanis, Christianorum cum hostiis exteris malefidis, proditoribus & valetatoribus patriæ nostræ Germaniae.

LIBRI RUTH.

13.

gubernatione 1. Sam. 8. Non te abiecerunt sed me, ne regnem super eos; & ab eis appellasse ad regem Israelitę conqueruntur paulo post 1. Sam. 12. Hinc & foedera cum impijs culpantur semper, ut Iosaphati cum Achabo, Maccabaeorum cum Spartaniis & Romanis, Christianorum cum hostiis exteris malefidis, proditoribus & valetatoribus patriæ nostræ Germaniae.

II. Eventus, Facta est fames in terra, modò panis & non verbi ut Amos 8. Deus minatur. Ejus.

I. Exempla tristia ab origine mundi, & quidem tempore Abrahæ, Gen. 12. qui in AEgyptum fugit cum conjugé & de ejus salute periclitatur Deo protectore: Isaaci Gen. 26. qui ad Philistinos se confert, regniq; in Gerar, ibidemq; mendacium officiosum committitur ob Rebecca pulcritudinem: Jacobi per septem annos, quibus Canaan inopia graviter affligitur & patriarcha cum tota domo in AEgyptum ad Iosephum descendere cogitur Gen. 42: Elimelechi Bethlehemita ad decennium Ruth. 1. qui egestate compulsus in terram Moabitarum commigrat: Davidis

14. EXPLICATIO.

vidis per tres annos, ut habetur 2, Sam. 21. propter saulem & domum ejus sanguine Gabaonitarum pollutam: Eliae propheta per triennium & quadrantem 1. Reg:17. cuius Iacobus Apostolus meminit in fine cap. 5. Pauli sub Claudio Imp. Agabo denunciante Act:11. majorum nostrorum Erfordie anno Christi 1272. quo tempore panis celeri magnitudine grossum minorem sex numerum valuit, & eorum forme due apud me in rei menoriam habentur. Quae famis temporis nos cum nostris expertissimus, notissimum omnibus est in pressura magna ob annona caritatem.

2. Causa vera, peccata hominum Dei bonitatem contemnitum & bonis ac donis divinis abatentium, quemadmodum cōminatio gravis Deut. 28. si audire volueris vocem Domini dei tui ut custodias & facias omnia mandata ejus & ceremonias, quas ego præcipio tibi hodie venient super te omnes maledictiones istæ & apprehendent te, maledictus eris in civitate, maledictus in agro, maledictum horreum tuum & maledictæ reliquæ tue: maledictus fructus ventris tui & fructus

terrae

EXPLICATIO.

15.

terra tue, armenta boum tuorum, & greges ovium tuarum: Maledictus eris ingrediens & maledictus egrediens. Mitet Dominus super te famem & cauriem & increpationem in omnia opera tua, que tu facies, donec conterat te & perdat propter adinventiones tuas pessimas, in quibus reliquisti me. Ezech.14. Fili hominis, terra cum peccaverit mihi ut prævaricatur prævaricans, extendam manum meam super eam & conteram virgam panis ejus & immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem & jumentum. Et si fuerint tres viri isti in medio ejus Noc, Daniel, & Iob, ipsi justicia sua liberabunt animas suas, ait Dominus exercituum. Amos 4. Egoprohibui à nobis imbreem cum adhuc tres menses supercesserint usq; ad messem, & pluia super unam civitatem & super alteram non plui, pars una compluta est, & pars super quam non plui aruit: & venerunt due & tres civitates ad unam civitatem ut biberent aquam, & non sunt satiate & non redistis ad me dicit Dominus, Mich. 6. Ego cœpi percutere te perditione, super peccatis tuis: tu comedes & non saturaberis, & humiliatio tua in mediorum vi.

Et

Et apprehendes & non saluabis, & qui saluaveris in gladium dabo: tu seminas & non metes, tu calcabis olivam & non ungeris oleo, mustum & non bibes vinum. Hag. 1. Ponite corda vestra super vias vestras, seminastis multum & intulistis parum, comedistis & non estis satiati, bibistis & non estis inebriati, operuvistis vos & non estis calefacti, & qui mercedes congregavit misit eas in saccum pertusum. Respexistis ad amplius & ecce factum est minus: intulistis in domum & exusflavi illud. Quam ob causam dictum Dominus exercitum: quia domus mea deserta est, & vos festinastis unusquisque in domum suam. Propter hoc super vos prohibiti sunt cœli ne darent rorem, & terra ne daret germen suum. Et vocavi siccitatem super terram, & super montes, & super triticum, & super vinum & super oleum, & quæcunq; profert humus, & super homines & super jumenta, & super omnem laborem manuum. Inter signa desolationis Hierosolymorum Christus famem reseruit Matt. 24. & quæ fames judeos afflixerit, ut calceos absurserint, simum, lutum,

stercus

stercus & liberos proprios comedenter, Iosephus in historia de bello judaico testatur, ut verum sit proverbium λοιμὸς μέτα λιμὸν pestis post famem, seseq; consequantur, simulq; etiam sint pestilentiae fames & terra motus per loca Matt. 24. 3. Remissio & aversio per poenitentiam, de qua ut medio salutari Ezech. 33. vivo ego dicit Dominus exercitum, nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat. Rationem poenitendi prescribit Iobel. 2. Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio & fletu & in planctu, & scindite corda vestra & non vestimenta vestra. Fructum indicat Deus Zach. 1. Convertimini ad me & ego convertar ad vos, quia benignus & misericors est, patiens & multe misericordia & prestabilis super malitia. Quis scit si convertatur & ignoscatur, & relinquat post se benedictionem? sacrificiant & libamen Domino Deo nostro. Iobel 2. Consistit autem poenitentia, que conversio ad Deum salutaris, primo in contritione cordis ob peccata commissa agitur, secundo ea, perpendendo iram Dei, & mente

B



tuendo poenam corporalem ac eternam cula certa i. Pietas in auditu verbi affi-
 Psal. 51. Iniquitatem meam ego cognosco duo Luc. 11. Beati qui verbum Dei audi-
 et peccatum meum contra me est semper. unt & custodiunt: in usu sacramentorum
 Tibi soli peccavi & malum coram te fio frequenti i. Cor. 11. Quotiescumq; mandu-
 ut justificeris in sermonibus tuis & vii cibitis panem hunc & calicem bibetis,
 cas cum judicaris, Esa. 38. Sicut leo con mortem domini annunciatibus, donec ve-
 trivit omnia ossa mea. Deinde in fiduci niat. Hec pietas ad omnia utilis est, pra-
 cordis ob gratiam promissam, apprehensia habens hujus & futurae vite. 2. Dili-
 dendo misericordiam Dei patris, applicans gentia in vocatione divinitus demanda-
 dosibi meritum Christi mediatoris, acr ta, Psal. 37. Inhabita terram & pasceris in
 demitoris, & accedendo ad thronum genitrix ejus, sub labore Psal. 128. Labores
 tiae in invocatione ardente, per Spiritu manum tuarum manducabis, beatus es
 Sanctum. Tertio in inchoatione obediens & bene tibi erit. Cum sudore Gen. 3. In
 tia ob militiam Christianam, ambulans sudore vultus tui veseris pane tuo. Hec
 in novitate vite, perficiendo officia voca diligentia benevolentiam Dei conciliat,
 tionis & secundum militiam habendo ut Prov. 10. Dicitur, Benedicatio Domini
 retinendo fidem ac bonam conscientiam divites facit. 3. Tolerantia crucis sub mo-
 Summa omnium. Mar. 1. agite poenitentia, nil tentando temere ut Saul in absen-
 tiam & credite Evangelio, Matt. 3. Agitatio Propheta Samuelis 1. Sam. 13. Vel pre-
 poenitentiam, appropinquat enim regnum scribendo Deo meticulose ut Bethulienses
 caelorum, facite fructum dignum poeniten- in obsidione Iudit. 7. Sed implorando au-
 tia, Matt. 5. Luceat lux vestra coram homi- xilium divinum in rebus duris ac adver-
 minibus, ut videant opera vestra bona, & sis Esa. 26. Domine in angustia requisie-
 glorificent patrem vestrum, qui in celis est. runt te, in tribulatione murmuris doctri-
 Hinc contra famam grassantem admini- natua eius. Huc mandatum Psal. 50. pro-
 cul

missio Ioh. 16. auxilium Rom. 8. Copulatio insignis cause & effectus, antecedentis & consequentis Matt. 7. Petrite & accipietis querite & invenietis, pulsate & aperietis vobis, Psal. 91. In me speravit, liberali-
eum, protege eum, quoniam cognovi
nomen meum, clamavit ad me & ego
audieram eum. Cum ipso sum in tribula-
tione, eripiam eum, & glorificabo eum
longitudine dierum replebo eum, &
rendam illi salutare meum Ioh. 16. Petiu-
nt gaudium vestrum sit perfectum. 4 Vt
verus bonorum datorum divinitus, pa-
tim agnitio bonitatis Dei, quam u[er]o nullus
reprehendit in populo Dei Psalmus 95.
clarat Iacob Patriarcha Gen. 32. & Da-
vid Psal. 37. Partim gratiarū actio, qua
desiderat in populo suo Moses Deut.
offert David rex Psal. 116. Enumera-
spiritualibus Psal. 103. In corporalib.
Psal. 104. Exemplo est in cibatione Chri-
stus Ioh. 6. Institutione cœne Matt. 26.
Partim fruitio debita, tum in sublevati-
one sui & suorum non sine gaudio, ut Eccles.
sastes cap. 2. s. 7. 9. concionatur, Vade ergo

& comedere in laticea panem tuum, & bibe
cum gaudio vinum tuum, quia Deo pla-
cent opera tua. Tum in sublevatione pro-
ximi, qui alter ego est, quemadmodum
prov. 5. Bibe aquam de cisterna tua, &
fluente putei tui: deriventur fontes tui
foras. & in plateis aquas tuas divide, sic
vena tua benedicta. Et Psal. 112. lucundus
homo qui miseretur & commodat, dispa-
net sermones suos in iudicio, quia in ater-
num non commodebitur. Tum in stipe ero-
ganda pauperi ante fores versanti, Luc. 6.
Date & dabitur vobis, Et 14. Cum facis
prandium aut canam, noli vocare amicos
tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neq;
vicinos, neq; dividite, ne forte & ipsi reinvic-
tent & fiat tibi retributio: sed cum facis
convivium, voca pauperes, debiles, clau-
dos & caecos, & beatus eris, quia non ha-
bent retribuere tibi, retribuetur enim tibi
in resurrectione justorum. Exemplum
immisericordie in Nabale 1. Sam. 25. &
epulone Luc. 16. Misericordie in Abiga-
ile, Barzillai, Obadia, Ebdelecho, Ma-
sias, ab oriente, & mulieribus Luc. 8.

III. Factum, migratio famis tempor secundum circumstantias.

1. Quis, homo de Bethlehem lude phratus, ipse vocabatur Elimelch. Notetur 1. Nomen illustre, quasi dicas Deum meus rex, qui Deus in Israelo rex regum dominus dominantium, licet posteriori fame pressa. Et certe omnis crux ac afflictio cedit tum in Iouaegia omnium hominum peccantium lere. 30. Castigabo te iudicio, ut non tibi videaris innoxius.

Mich. 7. Iram Domini portabo, quia peccavi: tum in donis misericordiarum sanctorum in primis Psal. 66. Probasti nos Deus, 18 nos examinasti, sicut examinatur argutum, induxisti nos in laqueum, posu tribulationes in dorso nostro, imposu homines super capita nostra, transiuit per ignem & aquam, & eduxisti nos refrigerium: tum in Iaegiuego confessum maxime Ioh. 21. Cum senueris, extedes manus tuas, & alius te cinget & dicet quod tu non vis, Psal. 116. Preciosam conspectu Domini mors sanctorum ejus tum in Autro, quod solius filii Dei tan

tum pro genere humano Esa. 52. Gratis estis venundati, gratis redimemini, Et Matt. 20. Filius hominis venit non ministrari sed ministrare, & dare animam suam redemptione pro multis. 2. Locus humilis Bethlehem Mich. 5. loci situ & ambitu, at magnificus satis Matth. 2. ob dum populi Dei inde oriundum, & Ephrata hoc est fertilis ac fecundus ob frugem copiosam, qua in mundo ad sustentationem Ecclesia fruitura sit Esa. 49.

2. Quid, abiit ut peregrinaretur in regione Moabitide. Notetur 1. Quid vita nostra, peregrinatio in loco caliginoso psa.

23. Hinc Iacob Gen. 47. Dies peregrinationis vite mea centum & triginta annorum, sunt parvi & mali, & non pervenerunt usq; ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt. Et David psa. 39. Advena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei: remitte mihi ut refrigerer prius quam abeas & amplius non sim. Item psal. 90. Anni nostri sicut aranea meditabuntur, dies armorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, si autem in po-

tentatibus octoginta anni, si amplius con-
labor & dolor. Quoniam superuenit ma-
gisterio & corripiemur. Non igitur hi
mansionem perpetuam futuram cogi-
mus, eternam illic speremus, ut Paulus
scimus, quoniam si terrestris domus noſt-
rū hujus habitationis dissolvatur, quod sa-
ficationem ex Deo habemus dominum
manu factam sed eternam in cælis,
Phil. 3. Noſtra conversatio in cælis est
unde etiam salvatorem expectamus a
minum nostrum Iesum Christum, qui
formabit corpus humilitatis noſtrae, con-
guratum corpori claritatis ſue secunda
operationem virtutis ſue, qua etiam p-
er eſt ſubijcere ſibi omnia. Stulte facili-
ves Luc. 12. qui hic anima ſue bene-
pit: recte conſulit Paulus Phil. 1. qui cui
exolvi & eſſe cum Christo. 2. Deo volen-
tiā terra hostilis Ecclesiā cum ſu-
ſuſcipere, foſvere, alere & promovere cog-
tur. Esa. 49. Reges erunt nutritores
& reginae nutrices tuae, Et 60. Omnes
ſaba venient, aurum & thus deferentes
& laudem domini annunciantes: ad
cabu

cabunt filii peregrinorum muros tuos, &
reges eorum ministrabunt tibi. Suges lac-
gentium, & mamilla regum laetaberis, &
ſcieſ quia ego dominus salvans te & re-
demtor tuus fortis Iacob. Sucepit Abra-
hamum peregrinantem Abimelech Ge-
rarensis. Jacobum Pharaon Aegyptius cum
omni familia ſua: benefacit prophetis
Obadias, Jeremie Ebdemelech Aethiops,
Iadais captivis Arthafasta qui & Ahaf-
verus Babylonius, Cyrus Perſa: Christo
Magi ab oriente, mulieres pia, Iosephus
Arimathæus. Benè voluere & fecere Ro-
mani etiam Imperatores. Constantinus
& Theodosius Magni nomine & reipsa:
Ottones saxonici & domus saxonica in-
ducibus electoribus ſuis, ideo mavertes &
Mauricij pro Ecclesia, verè Augusti &
Christiani pro membris ejus veris ac con-
ſtantibus.

3. Quo comitatū, cū uxore ſua Noemi, ae-
duobus filiis, quorum alter Mahlon, alter
Chilō, cōcluditur migratio, ingressiq; ter-
ram Moabiticam morabantur ibi. Note-
tur 1. Vi impedimenta bellicæ, ita & do-
mestica

mestica sufferenda necessariò, qualia jūs, eò quod parceret Dominus illi. Item x̄or malum necessarium, ut quidam loquuntur. Sam. 1. Fuit vir unus de Ramathaim tur insuls è potius uxori adolescentia p̄ Sophim de monte Ephraim & nomen ejus cra, particeps omnis boni & uxori fæderi Elcanas, & habuit duas uxores, nomen Mala. 2. vitis abundans in lateribus duni Anna & nomen secunda Penina. Fuerimus psal. 128. liberi pignora lecti, sic runtq; Penina filij. Anne autem non erant novella olivarum in circuitu mensa ibid liberi. Et ascendebat vir ille de civitate hereditas domini & merces psal. 127. in sua statutis diebus, ut adoraret, & sacrifici primis filij patrem referentes, delicia m̄ caret domino exercituum in Silo. Innotris, columnen familie, ut Sirach. 35. 2. Pro testamento de Zacharia sacerdote clara Ecclesia domestica, verè Deum. Luc. 1. de parentibus Iesu Luc. 2. Adeo gnoscentis & cruci subiectæ in conformitate gaudet Spiritus Sanctus etiam minima tam filij Dei Rom. 8. in qua dux & am in re domestica describere, & quatuor tor parens est ire, omni bono, curatrix sanctorum vitas plenè scriptione consi domus, mater in adhortatione fideli, gnavit, ut Iosephi Patriarchæ, Samuelis disciplina obsequentes liberi, audiente judicis, Davidis regis & Danielis propheta parentem. Similis descriptio Gen. 11. Tertia. De Christo scripta Evangelistarum extant: de viris glorio sis videatur Siracides cap. 44. in quorum omnium fidem, pietatem & virtutem inquiramus studio se, imitemur sc̄aulo & generatio bona simus.

MORS IN FAMILIA ELIMELECHI.

Nulla

NVlla calamitas sola, & judicium ^{cum omnes} peccaverunt. Hinc querelam domo Dei incipit, quod in famili Elimelechi videre licet. Describitur a tem.

1. Initium, quod sumitur à superiori marito ac parente, Et mortuus est Emelech maritus Noemis, remansitq; ip; cum filiis. Sat misericarum in una dom & capite ablato & stipite demto, totum corpus labascit, tota arbor corruit, cad ingens littore truncus, onnis cognatio deficit ac pro nihili reputatur. Notetur.

1. Potentia diaboli in genus humanum etiam in Eccl. siam & ejus membra, q; in operibus ejus, peccati faditate & mortis imperio maxime cernitur, ut laps primorum parentum Gen. 3. clare degnat, & is miseria super miseriā quam nemo hominum cogitare & effici potest, ut Deum poeniteat, quod hominem fecerit in terra. Gen. 6. Miseriam in causa & effectu suo conjungit Paulus Rom. Per unum hominem in mundum intrau peccatum & per peccatum mors, & ita omnes homines mors pertransiit in qua-

Hinc in vindicatione divina instituit Moses Psal. 90. Defecimus in ira tua & in furore tuo turbati sumus, posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, seculum nostrum in illuminatione vulnus tui. Quis novit potestatem irae tuae & praetimore tuo iram tuam dinumerare? Dexteram tuam sic notam fac & eruditos corde in sapientia. Verum consolatio veluti remedium contra morbum peccati & vim mortis ex verbo Dei adhibenda est, que sola in Christo nobis monstratur. Is enim agnus Dei tollens peccatum mundi, teste Baptista Ioh. 1: idem Deus noster, Deus salvos faciendi & domini domini exitus mortis psal. 68. idem etiam in ipsa morte, cum nulla spes reliqua est, atq; adeo actum videtur de salute piorum, adest Deus, atq; ex ipsis quasi fauibus mortis suos eripi ut Paraphrastes vere reddid. t psal. 68. & 1. Ioh. 3. In hoc apparuit filius Dei ut destrueret opera diaboli. Hinc in collatione immoratur Paulus Rom. 5. Si unus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum

donum in gratia unius hominis Iesu Christi poscuntur, & Elisaus ut subveniat, operemq[ue] sti in plures abundavit. Nam iudicis ferat, rogatur. Consolatio optima, Deus, quidem ex uno in condemnationem, qui videt laborem ac dolorem considerat, tia autem ex multis delictis in justificandi derelictus est pauper, orphano est adiunctionem. Consolatio pulcherrima in applicator: iudicat pupillo & humili ut non appetione Pauli Phil. 1. Christus mihi videntur ponat ultra magnificare se homo super mors lucrum. Et Simeonis Luc. 2. Nunc terram, psal. 9. Et 68. Exultate in condimitiis servum tuum Domine in prospectu ejus, turbabuntur a facie ejus qui quia oculi mei viderunt salutare tuum pater orphanorum & judex viduarum: nec non Iobi cap. 19. Scio quod redemptio non 146. Dominus custodit advenas, meus vivit, & novissimo die de tempore pupillum & viduam suscipiet, & vias pec-surrecturus sum. Saviat igitur mors catorum disperdet. Malus judex vidua Adam ad ultimum usq[ue] hominem, regni nequam ille Luc. 18. dives sordidus Nabal erga Davidem 1. Sam. 25. ut hic etiam Christus spes nostra, cum quo mortui sumus psal. 27. fateatur, pater & mater dereliquerunt me, Dominus autem suscepit me. Rom. 6.

 Quare questus magnus pietas cum suffi-
 cientia, nihil intulimus in mundum, haec
 dubium quod nec auferre quid possumus:
 habentes autem alimena & quibus ir-
 gamur, his contenti simus 1.Tim.6. Ter-
 tiò quod optimum in mansione re-
 ligio sana, qua nos deiectos & humili-
 stratos rursus erigit, ad agnitionem Dei
 deducit in verbo, Ecclesia Christi nos in-
 serit per Sacra menta, orare docet in valle
 misericordiarum, bene sperare jubet sub cruce,
 & in tramite cœli felici nos sistit, gratia
 Dei per fidem in Christum justificatos &
 gloria summa in vita eterna ornando
 tandem Rom. 8. Quartò terra sepul-
 crit, qua mater omnium mortalium nos e-
 ducens & excipiens iterum, ut non im-
 merito eam matrem M. Brutus Romanus
 agnoverit & ex osculatus sit primus con-
 sul Romanorum post expulsos reges. De
 ea Gen. 3. Deus ipse, Puluis es & in pul-
 verem seum terram reverteris, Et Sirach
 cap. 14. Memor esto, quoniam mors non
 var

ardat, & testamentum inferorum demon-
 stratum est tibi, testamentum enim hujus
 mundi morte morietur homo. Quare in
 omnibus operibus tuis memorare novissi-
 matua & in aeternum non peccabis Sira. 7.
 Consilium bonum Esa. 26. Vade populus
 meus, intra in cubicula tua, clade ostia
 tua super te, abscondere modicum ad mo-
 mentum, donec per transeat indignatio.
 Ecce enim Dominus egreditur de loco
 suo, ut visitet iniquitatem habitatoris ter-
 ra contra eum, & revelabit terra sanguine
 suum & non operiet ultra imperfectos suos.

3. Forma juramenti, Hæc faciat mihi
 Dominus, qua forma in bonum usurpa-
 tur ad amorem Ruth. contestandum vere
 in assertione gravi sine omni levitate &
 falsitate: in malum ad iram & vindicati-
 onem animi indicandam in lezabile 1.
 Reg. 19. contra Eliam imperfectorem Baal-
 itarum, Hæc mihi faciant dñj, & hæc ad-
 dant, nisi hac hora cras posuero animam
 tuam sicut animam unius ex illo. Quod
 autem uni aut alteri licuit, id nobis non
 statim imitandum & dispensatio san-
 cus in Zelo conceditur quidem, im-
 piorum

EXPLICATIO.

piorum vero exempla fugienda prorsus: nec errandum nobis, quod Deus non irridendus Gal. 6. idem in cœlo impios iridet rursus psal. 2. nec consilium ullum contra ipsum valet prov. 21. Consilium Christi optimum Matth. 5. Ego dico vobis, Non jurabitis ornnino, neq; per cælum quia thronus Dei est, neq; per terram quia scabellum est pedum ejus, neq; per Hierosolymam quia civitas est magni regi, neq; per caput tuum quia non potes unum capillū album facere aut nigrum. Sit autem sermo vester est, est, non non: quod autem his abundantius est, à malo est. In commoda colligit Sirach cap. 23. Iurationi non assuecat os tuum, multi enim causas in illa: nominatio verò Dei non sit assidua in ora tuo, & nominibus sanctorum ne admiscearis, quoniam non eris immunis ab eis. Sicut enim servus interrogatus assidue à li vore non minuitur, sic omni jurans & nominans in toto à peccato non purgabitur. Vir multum jurans implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga: & si frustraverit fratrem,

delli-

LIBRI RUTH.

delictum illius super ipsum erit: & si dicit simulaverit, delinquit dupliciter: & si in vacuum juraverit, non justificabitur, replebitur enim retributione domus ejus.

4. Axiopatritum, Mors omnia soluit, creditores & debitores in ære alieno Matt. 18. amicos optimos Ionatham & Davidem, in amore 1. Sam. 31. Noemin & Ruth hoc loco: conjuges in federe lecti Matt. 19. Quod Deus conjunxit, homo ne separet, Rom. 7. Quæ sub viro est mulier, vivente viro alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est à lege viri. Sed orandus Deus, ut is conjuges suspires servet in vinculo indissolubili, quoad placuerit in nuptorum incolument & prosperitatem, quemadmodum pro suis orant parentes Sar & Tob. 8. amici Boe Ruth. 4. Tertiò subsequitur consensio Noemis, Videns ergo Noemis, quod obstinato Ruth animo decrevisset secum pergere, adversari noluit, nec ad suos ultra redditū persuadere.

1. Conversio Ruthæ gentilis ad Deum Israelis, quemadmodum & ante

Notetur.

F testa-

testata est ipsa, populus tuus populus meus & Deus tuus Deus meus, ut vera sit prophetia Esa. 2. Et erit in novissimis diebus preparatus mons domus domini in vertice montium, & elevabitur super colles. Et fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi & dicent, Venite ascendamus ad montem Domini & ad dominum Dei Iacob, & docebit nos vias suas & ambulabimus in semitis ejus. Item 49. Deo ducetur: ex promissionibus populo Iudeo datis Messiam etiam gentibus ad extremum terre. Ecce isti de longe munem in merito suo ac beneficijs, quod venient, & ecce illi ab aquilone & malo posteritas laphet in tabernaculis Semini suis & isti de terra australi: vulnus in terram habitatura Gen. 9. & omnes familiae ter- demissio adorabunt te & pulverem pedum te in semine Abrahæ Christo Gal. 3. sine tuorum lingent. Et Zach. 8. Venient post benedicenda Gen. 22. Sitque Messias expe- puli multi & gentes robustæ ad querent statio gentium Gen. 49. desideratus cum- dum Dominum exercituum in Ierusalem suis gentibus Agg. 2. apprehenderet, sibi que & deprecandam faciem ejus: apprehensione firma ad satum applicaret: disceret dent fimbriam viri iudæi dicentes, Ita invocare Deum verum in agnitione filij mus vobiscum, audivimus enim, quod de sui, populo Dei se associare, cultum Dei minus vobiscum est. In conversione autem prestatre in sacrificijs solennibus, & officiis Ruth & elucet fides maxime, cuius imponitur debita proximo exhibere: cruci ferendæ tium ex auditu verbi in conjugio cum assueret, & quicquid divinitus pro vo- Mahlone Bethlehemitico, Deo sic disponitare Dei bona imponeretur sub casti-

mente, quo tempore de Deo Israelis à mari- to instructa fuit, ut gentilitati renuncia- ret, Deum verum in filio suo Messia pro- misso coleret, & spe bona ad salutem eter- nam se sustentaret. Incrementum ex con- versatione pia cum Noemi socru, qui ple- nius informaret in omni pietate ac hone- damus ad montem Domini & ad dominum State, ut ipsa ex lege se gentilem agnosce- ret, inq; castigatione sui ad poenitentiam ducetur: ex promissionibus populo Iuda- co datis Messiam etiam gentibus com- ad extremum terre. Ecce isti de longe munem in merito suo ac beneficijs, quod venient, & ecce illi ab aquilone & malo posteritas laphet in tabernaculis Semini suis & isti de terra australi: vulnus in terram habitatura Gen. 9. & omnes familiae ter- demissio adorabunt te & pulverem pedum te in semine Abrahæ Christo Gal. 3. sine tuorum lingent. Et Zach. 8. Venient post benedicenda Gen. 22. Sitque Messias expe- puli multi & gentes robustæ ad querent statio gentium Gen. 49. desideratus cum- dum Dominum exercituum in Ierusalem suis gentibus Agg. 2. apprehenderet, sibi que & deprecandam faciem ejus: apprehensione firma ad satum applicaret: disceret dent fimbriam viri iudæi dicentes, Ita invocare Deum verum in agnitione filij mus vobiscum, audivimus enim, quod de sui, populo Dei se associare, cultum Dei minus vobiscum est. In conversione autem prestatre in sacrificijs solennibus, & officiis Ruth & elucet fides maxime, cuius imponitur debita proximo exhibere: cruci ferendæ tium ex auditu verbi in conjugio cum assueret, & quicquid divinitus pro vo- Mahlone Bethlehemitico, Deo sic disponitare Dei bona imponeretur sub casti- nent;

gatione paterna in exilio mariti & socris. Confirmatio ex usu & experientia spirituali in militia bona exercendo se ad habendam fidem & bonam conscientiam a fratribus Deo & hominibus. Hinc fides illa non nuda noticia ad relationem mariti nec etiam assensus tantum ad informationem socrus, sed fiducia certa in animo obstinato vel potius obfirmato, hoc est plenius instructo, confirmato ac exercitato in omnibus qua ad pietate spectarent. Paulus hæc fides πίστις quidem est Rom. 3. πεποιθησις verò in sese dicitur Ἰησοῦς πίστεως Ephes. παρρησία καὶ προσταγών ἐν πεποιθησι δicitur Ἰησοῦς coram Deo ibid 1. Tim. & ad Philemonem: rerum tandem spectrandarum υπόσασις καὶ ἔλεγχος earum qua non videntur Ebrei 11. quod est obfinito animo quid decernere, ut hoc loc Ruth: & contra spem in spem credere, id est de Abrahamo patre credentium Paulus Rom. 4. 2. Moderatio Noemis, qui animum pium Ruth & cernens & propositum bonum in vera religione persistens amplius & odiose non urget discessum, mi-

nus ad gentilitatem remittit: sed agnitionem veri Dei gratulatur, in societatem Iudaorum recipit, & Bethlehemum secum deducit lubens. Idem sensus & affectus in nobis sit, ut non tam nostram quam aliorum, etiam incoluntatem & salutem spectemus, ut in petitione orationis dominica prima & secunda Deum patrem in nomine filij per S. Sanctum sollicitamus, Luceat lux vestra, inquit Christus Matt. 5. coram hominibus, ut videant opera vestra bona & glorificant patrem vestrum qui in caelis est. De mulieribus etiam graviter Petrus 1. Pet. 3. Viriores subditæ sint viris, ut si qui non credunt verbo, per mulierum conversationem sine verbo, lucrificant, considerantes in timore sanctam conversationem vestram. Et Paulus 1. Cor. 7. In pace vocavit vos Deus, unde enim scis mulier, si virum salvum facies? aut unde scis vir, si mulierem salvam facies? Nisi unicuique, sicut divisit dominus. Vnumquemque sicut vocavit Deus, ita ambulet. Ita. Continuat iter, Profectaque sunt

sunt simul, & venerunt in Bethlehem. Idem de Maria matre Domini Luc. 1. Exurgens in diebus his, abiit in montana cum festinatione in civitatem Iuda, & intravit in domum Zacharie & salutavit Elisabet. Mansit autem cum illa quasi mensibus tribus, & reversa est in domum suam. Pro vocatione omnia scriptienda & peragenda sunt, quemadmodum & Ecclesiastes monet cap. 9. Quod cuncta facere potest manus, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quoniam properas.

III.

ADVENTUS IN
BETHLEHEM.

In solens hic accidet, & duobus capitib⁹ constat, quorum

1. Fama malum, quo non aliud velocius ullum,

Mobilitate viget, viresque acquirit cum do, ut Virgilius 4. Aeneid. Indicatur.

2. Occasio, introitus, Quibus urbem ingressus

ingressis, Bethlehem, ubi primum degit cum marito Elimelecho.

2. Rumor, velox apud cunctos fama percrebuit, de Noemi matrona nominata & famis tempore cum suis fugiente.

3. Interpellatio, dicebantque mulieres, Hæc est illa Noemis, peregre adviens.

4. Responsio in refutatione ab etymologia, Quibus ait, ne vocetis me Noemin (pulcrum, sed vocate me Mara) amaram. Ratio ab eventu, Quia amaritudine valde replevit me omnipotens. Sequitur expeditio, Egressa sum plena & vacuam reduxit me Dominus. Concluditur per πάθος interrogando, & ἀνεφαλαιών rem breviiter complectentem, Cur ergo vocatis me Noemin, quam Dominus humiliavit & afflixit omnipotens,

1. Vis famæ in bonum & malum Notentur,

non negligenda, illa enim incitamentum ad bonum ac virtutem, ut in Christo post ingressum in Ierusalem Matt. 21. in

Salomone ut Reginam de Saba cieat.
 Para. 9. & bona fama impinguat ossa
 prov. 15: hæc dehortatio à malo ac vici,
 ut in filiis Heli 1. Sam. 2. patre indulgen-
 te concionante suis, & famam Christi per-
 timescit Herodes rex Matt. 14. 2. Curio-
 sitas mulierum in omnia inquiren-
 tium sœpen numero temere & fru-
 stra. Vicium hoc innatum quasi à Matre
 prima Eva in paradiſo ortum trahens &
 in malum infinitum deſcieſt. Impia in
 cultu diuino & impetuosa in regimine eſt
 lezabel 1. Reg. 19. Athalia 2. Reg. 11: &
 mans quidem viri est, at contumax &
 ridens Michol filia Saulis, uxor Davidis
 coram arca Domini saltantis 2. Sam. 6. In
 confilia & decreta occulta ſenatus Roma-
 ni inquirit mater Papyri prætextati, &
 notam infamiae ſibi inde conciliat: ſolli-
 citate etiam Martha in domo ſoror Laz-
 ri, & à Christo ob id reprehenditur, et
 Maria in parte meliori præ fertur, ut iuri
 ipſo Paulus 1. Cor. 14. inferat. Mulieres in
 Ecclesijs taceant, non enim permittitur
 eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit.

Siquid

Si quid autem volunt diſcere, domi viros
 ſuos interrogent, turpe eſt enim mulieri
 loqui in Eccleſia. Et 1. Tim. 2. Mulier in
 ſilentio diſcat cum omni ſubjectione, do-
 cere autem mulieri non permitto, neq; do-
 minari in virum, ſed eſſe in ſilentio. Ut
 autem curiositas ſexum multe brem defor-
 mat maxime, ita & timiditas nimia ei-
 dem derogat, ut Petrus 1. cap. 3. Mulieres
 ſint ſubditæ ſuis viris, ſic enim aliquando
 & sanctæ mulieres ſperantes in Deo orna-
 bant ſe ſubjectæ proprijs viris & non per-
 tinentes ullam perturbationem. Media
 via incedendum, ut modēſtia commendet
 mulierem, qualis in Noemi redeunte: pie-
 tas, qualis in Ruth comite: comitas cum
 liberalitate coniuncta, qualis in Abigaille
 erga Davidem 1. Sam. 25: ſubjectio in
 amore ac reverentia, qualis in Sara erga
 Abrahamum teste Petro. Herent in vicio
 mulieres Bethlehemitice parum ſobrie ac
 continentis in adventu Noemis & Ruthe
 nurus ipſius, ut alij notarunt. 3. Curri-
 culum vitæ humanae varium, in quo
 ortus pulcer secundum nomen Noemis &

F 5

quod

UKOBA

quod liberi delicia parentum sint psa. 128:
 vita erumosa secundum peregrinatio
 nem ejusdem, quod ut avus ad volandum
 ita homo ad miseriam natus sit Job. 5:
 exiit tristis ac dubius, quod ut est Eccle.
 9. homo nesciat finem suum sed sicut pisces
 capiuntur hamo & aves laqueo compre
 benduntur, sic capiuntur homines in tem
 pore malo, cum eis extemplo supervenerit.
 Non igitur securi simus & nobis ipsis pla
 ceamus: ortus quidem in creatione pulcer,
 quod ad imaginem Dei conditi simus in
 innocentia, justicia & sanctitate Gen. 1.
 at deformitas in Adam detestanda, quod
 in peccatum lapsi omnes cum primo paren
 te, & per peccatum in mortem, qua in o
 mnes homines pertransiit, in quantum o
 mnes peccaverunt Rom. 5. In hunc ortum
 fixis oculis intueamur & faditatem no
 stram deploremus dicentes, contristatus
 sum in cogitatione mea, quia judicia Dei
 perterruerunt me, ego autem in solitudine
 expecto consolationem tuam. 4. Doctri
 na de cruce, & primò quid ea sit
 Noemi desinente, Afflictio in amaritu
 dine

dine in pulcris hoc est sanctis Dei ad hu
 miliationem ipsorum. De afflictione Is
 rael amara nimis 2. Reg. 14. & Tbre. 1.
 Vide Domine quomodo tribulor, contur
 batus est venter meus, subversum est cor
 meum in mens et ipso quoniam amaritu
 dine plena sum. Foris interficit gladius, &
 domi mors similis est: audierunt, quia in
 gemisco ego, & non est qui consoletur me.
 Secundo qualis, varia ut Eccles. 8.
 Multa hominis afflictio, quia ignorat pre
 terita, & futura nullo scire potest nuncio.
 Psal. 34. Multa tribulationes justorum,
 Ruth. 1. repletio, ubi abyssus abyssum in
 vocat psal. 42. Sive ιμωεια sit in Davide
 ejecto & Manasse captivo, sive δονιφασια
 in Abraham tentato & lobo afflito sa
 tis, sive μαχηπο in Iohanne Baptista,
 Petro, Paulo & Laurentio in cruce, sive
 λύτροι in Christo, Servatore ps. 69. Quod
 non rapui exolvebam. Hinc crux in ma
 rore animi, in adversitate corporis, in di
 spendio fortunarum in se & propter alios,
 quorum miseret nos, ut in domo Iobi, fa
 milia Iacobi, regimine Davidis, vita
 Chri-

EXPLICATIO.

Christi ac Apostolorum, quemadmodum
Paulus 2. Corin. 11. in laboribus, carceri-
bus, plagiis, mortibus: in itineribus, peri-
culis, labore & arumna: in vigilijs, in
fame, siti, jesunyis, in frigore, nuditate,
instantia, sollicitudine; 2. Cor. 7. foris pug-
næ intus pavoris. Tertio unde, non ab
hominibus malis, sed à Deo, & ex amore,
qui in causa efficiente Dominus est, ut
Prov. 3. Quem diligit Dominus corripit,
& quasi pater in filio complacet sibi. Unde
Ebre. 12. Fili mi noli negligere discipli-
nam Domini, neq; fatigeris dum ab eo
gueris, quem enim diligit Dominus casti-
gat, flagellat autem omnem filium quem
recipit. In disciplina perseverate, tanquam
filij vobis offert se Deus: quis enim filius,
quem non corripit pater? Quod si extra
disciplinam estis, cuius participes facti
sunt omnes, ergo adulteri & non filii estis.
In effectu omnipotens est, qui sub pondere
crucis presens est in aspectu amico, conso-
latione suavi, roboratione grata per Spi-
ritum Sanctum Matt. 10. Ioh. 16: malum
mitigat in pressura & in bonum veritatis

sub

LIBRI RUTH.

sub molimine suo, psal. 85. Mitigasti omne
iram tuam, Et 94. Ut mitiges ei à diebus
malis, 1. Cor. 10. Tentatio vos non appre-
hendit nisi humana: fidelis autem Deus
est, qui non patitur vos tentari supra id
quod potestis, sed faciet etiam cum tenta-
tione provencum, ut possitis sustinere: tri-
stitudinem denique omnem in gaudium ver-
titatis Ioh. 16. cum ipso sum in tribulatione,
eripiam eum & glorificabo eum, longitu-
dine dierum replebo eum & ostendam illæ
salutare meum psal. 91. Pulcre conjugis
ps. 50. Invoca me in die tribulationis, erue-
mire & glorificabis me. Et hoc est, quod
ad Iacobum Patriarcham Deus ait Gen.
46. Ego sum fortissimus Deus patris tui,
noli timere sed descende in Aegyptum,
quia in gentem magnam faciam te ibi, e-
go descendam tecum illuc & ego inde redu-
cam te redeuntem, Joseph quoq; ponet manus
suas super oculos tuos. Item Sara
Tob. 3. Hoc pro certo habet omnis qui colit
te, quia vita ejus si in probatione fuerit,
coronabitur: si in tribulatione fuerit, li-
berabitur: si in corruptione fuerit, ad
misericordiam tuam.

EXPLICATIO.

misericordiam tuam venire licebit, non enim delectaris in perditionibus nostris quia post tempestatem tranquillum facit, post lachrimationem & fletum exultationem infundit. Sit nomen tuum Deus Israel benedictum in secula. Quartò cur, in humiliationem, quod David psal. 119. alterius extendit, Bonum est mihi Domine quod humiliasti me, ut discerem justificationes tuas. Iustificationes autem variæ & necessariae, ut ad agnitionem nostri deducamus, inq[ui] poenitentia reconciliationem cum Deo ineamus & vitam pravam & peccata multiplicia: Deum dominum rerum timere discamus, eumq[ue] in necessitate invocare, ut is propitius bona det, mala advertat, liberet in adversitatibus, saluet in morte; fidei exercitia habeamus, & patientia probetur in mora, quin suspirium vita æternæ in nobis probe defecatis excitetur, nosq[ue] ad omne bonum preparati simus. Gradatio pulchra Rom. 5. Gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero

spem,

LIBRI RUTH.

spem, spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis. Instructio 2. Pet. 1. Vos curam omnem sub inferentes ministrare in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternalis, in amore autem fraternalis charitatem. Hac enim si vobiscum assint & superent, non vacuos nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Iesu Christi cognitione. Hinc elogium insigne psal. 34. Multæ sunt tribulationes justorum, & ex his omnibus liberat Dominus. Et 1 Sam. 2. Dominus mortificat & vivificat, dicit ad inferos & reducit. Canticum finalis Rom. 8. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his qui secundum propositum vocati sunt sancti.

II. Ingressus juxta circumstantias, quarum

8. Quid.

EXPLICATIO.

1. Quid, Venit itinere peregrinationis confecto,
2. Quis, Noemis cum Ruth Moabitide nuru sua,
3. Vnde, De terra peregrinationis sua,
4. Quo, Ac reversa est in Bethlehem,
5. Quando, Cum primum hodie metebantur.

Notetur,

1. Adventus noster in peregrinatione vita hujus erummos & per mortem in Bethlehem locum quietis, ubi fructu panis celestis in gaudio sempiterno & gloria inefabili. Beatus igitur qui manducabit partem in regno Dei, inquit scriba ad Christum Luc. 14: & Christus ipse Luc. 22. Vos estis qui permanistis tecum in temptationibus meis, & ego dispono vobis sicut dispositi mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatim super thronos judicantes duodecim tribus Israel. Is autem adventus est omnium membrorum Ecclesie, tum laicorum in Noemi, tum gentium in Ruth:

mori

LIBRI RUTH.

97

mors enim in omnes pertransiit, quia omnes peccaverunt Rom. 5. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per unius justiciam in omnes homines in justificationem vita. Et ubi abundavit delictum, superabundavit & gratia, ut sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per justiciam in vitam eternam per Jesum Christum dominum nostrum. Consolatio dulcissima hujus adventus 1. Ioh. 3. Charissimi nunc filii Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicut est. Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Copulatio amica Christi & piorum Apoc. 3. Ecce sto ad ostium & pulso, si quis audierit vocem meam & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum & canabo cum illo & ipse mecum, Deus erit omnia in omnibus 1. Cor. 15. Colos. 3.

2. Peregrinatio in Bethlehem de tribus monet, quorum primum doctrina

G

in Nos-

in Noemi, Deum omni tempore pasca Ecclesiam suam in membris veris, ut Nummi ludea, & alienigenis fese aggregatis ad cœtum piorum ut Ruth Moabita. Promissio Esa. 49. Reges erunt nati tui & reginæ nutrices tuæ: experimentum Esa. 37. Iunior fui & seminum & nunquam vidi justum derelictum a semen ejus querens panem. Nutrit Iesus in deserto, servat in captivitate: pascha Eliam per corvos, angelum, & vidua Sareptanam, aliquot millia hominum filium in panibus non multis & pisiuncula paucis: sustentat nos tempore famæ, mirabiliter dicit prater omnem spem expectationem etiam ingratos: Solen oriri facit super bonos & malos, pluit super justos & injustos Matt. 5. Secundum consolatio in Davide Bethleemitico, cum promissio de Messia facta, Deum verbis etiam suo ceu Manna cœlesti nos satian ad plenum & satietatem, quemadmodum David psal. 23. per totum, & Moses Deus 8. ad Israel, Dedit tibi cibum Manna quod ignorabas tu & patres tui, ut ostendet

deret tibi, quod non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod progreditur de ore Domini. Ut autem verbum Dei panis vita, quo sustentamur in anxietate nostra psal. 119. de quo & Matt. 15. Non est bonum sumere panem filiorum & obijcere canibus: ita ad se transfert Christus Ioh. 6. Ego sum panis vita, patres vestri manducauerūt manna in deserto & mortui sunt, hic est panis de cœlo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendit, si quis manducauerit ex hoc pane, vivet in æternum: & panis quem ego dabo caro mea est, pro mundi vita. Amen Amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filii hominis & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in novissimo die. Hinc Petrus paulo post, Domine ad quem ibimus, verba vite æterna habes, & nos credimus & cognovimus, quod tu es Christus filius Dei. Quare gratus sit hic par-

nis & omni veneratione exosculetur, ne fastidio famae ejus nobis obveniat Am 8. Tertium allegoria tacita in ingresso Noemis in Bethlehem, qui respectus singularis ad politeuua nostrum in calle, unde etiam Salvatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostra, configuratum corpori claritatis sue, secundum operationem virtutis sue, qua etiam post est sibi subiçere omnia. Et colos. 3. si confurrexisti cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapientia, non quæ per terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Sequitur adhortatio, mortificare ergo membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem & immundiciem, libidinem, concupiscentiam malam, avariciam, que est simulacrorum servitus, propter que venit ira Dei super filios incredulitatis, in quibus ambulastis aliquando.

cum viverecis in illis. 3. Annotatio temporis in metatione hordei, quæ de providentia Dei monet, bonitatem terre sanctæ commendat, & aditus ad historiam sequentem est commodus.

CAPUT SECVNDVM.



Umma, antecedit descrip^tio Boe, inseritur spicilegium Ruthæ, consequitur relatio mutua socrus & nurus. Ac minutias minutiarū, ut Arithmeticè loquamur, in re familiari describens S. Sanctus, mirè Oeconomiam in omnibus partibus suis ut ordinationem Dei commendare videtur, ut & in libro Geneseos ac Tobie.

I.

DESCRIPTIO
BOÆ.

Absolvitur hæc ut πρόλογος in generi demonstrativo secundum locos personarum, quorum

I. *Cognatio*, Erat autem viro Eli-melech consanguineus,

II. *Fortuna*, Homo potens & magnarum opum,

III. *Nomen*, quod Boas, robustus & virtuosus, Weidlich ut Lutherus reddit. Notetur

I. Continuatio genealogia Christi in cognatione Iudeorum in Elimelecho consanguineo Boæ, & associatione gentium in Rutha de gente Moabitica, ut veritas benedictio Noæ Gen. 9. Dilatet Deus prophet & habitet in tabernaculis Sem, & Jacobi Gen. 49. Silo erit expectatio gentium: verum sit etiam exhortatorium Davidis psal. 117. Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi, quoniam confirmata est super nos misericordia ejus & veritas Domini manet in eternum. Hinc Christus datus in fœdus populi & in lucem gentium Esa. 42. in lumen ad revelationem gentium & gloriam plebis sua Israël Luc. 2. Et erit omnis, qui invocaverit nomen domini salvus erit, quia in monte Sion & in Ierusalem erit salvatio sicut dixit Dominus, & in residuis quos Dominus vocaverit concludit loel propheta cap. 2. Pane cœlesti dulci in promissionibus Dei large fruatur Boas, cibaturq; ex adipe frumenti cum populo Dei, de petra saturatur psal. 68. Ruth 1. mīcis eiusdem panis Ruth contenta est ad informationem Noemis, & ut catella sub mensa Domini Israëlis querit sollicite vesicatur de illis delicate ad ductum S. Sancti, se ad familiā Boæ adjungit Boaz, sermone amicose se solatur ac recreat Matt. 15. Ruth 2. An igitur Iudeorum Deus tantum? nonne & gentium? quoniam quidem unus est Deus, qui justificat circumcisionem ex fide & propitium per fidem Rom. 3. Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in

omni benedictione spirituali in cœlestib[us] in Christo Eph. 1. Nobis solatio sit in coniunctio, ut nos gentes cum populo Deum patrem in filio suo agnoscamus inq[ui] unum fœdus ad idem jus hereditatis eterna co[er]camus ac saluemur Ephe. 2.

2. Exemplum insigne est idem secundum locos personarum, quorum classes tres censentur, ut bona ponderentur: nimi, corporis & fortunæ. Ad animib[us] nomen refertur ab initio impositum, idemq[ue] admonitio vel fœderis Dei in circumcisione ac baptismo, vel virtutum singularium, quibus ad suescere multum est ut quis sit Simon auditor verbi, Andreas effector dictorum constans, Christophorus Christum ferens in puritate cordis, sub cruce varia, etiam tempore persecutions. Refertur & amicitia, sive in consanguinitate propinquorum, ut in Elimelecho & Boa: sive in affinitate peregrinorum, in letrone & Mose: sive in conjunctione quorumvis, modo ductu & inclinatione naturæ præstantioris, ut in Ionatha & Davide. Ad corporis bona valentia refertur

refertur in præstantia formæ, robore membrorum & vigore complexionis, ut in Iosepho pulcro facie & decoro aspectu Gen. 39: In Davide, qui rufus, pulcher aspectu, decoratq[ue] facie 1. Sam. 16: in Daniele & socijs ejus, quorum vultus meliores & copulentiores præ omnibus pueris, qui vescebantur cibo regio Dan. 1: in Iohanne Baptista, qui puer crescit, corroboratur Spiritu, estq[ue] in deserto usq[ue] in diem ostensionis sue ad Israel Luc. 1. Ad fortunæ bona referuntur opes & divitiae in mobilibus & immobilibus omnis generis, ut de Abrahamo Eliezer servus refert Gen. 24. Dominus benedixit domino meo valde, & magnificatus est, & dedit ei oves & boves, argentum & aurum, servos & ancillas, camelos & asinos. Accedit bonum naturæ, Et peperit Sara uxor domini mei filium domino meo in senectute, deditq[ue] illi omnia que habuerat. De se Iacob Gen. 32. In baculo meo transi vi Jordaniem istum, & nunc cum duabus turmis regredior. De Boa textus clare testatur, & in nomine animi, corporisq[ue] bona nomen &

omen habent, ut robustus describatur in corpore, & virtuosus in animo, weidlich vnde redlich: assignatur ei & potentia dignitate magistratum gerendo in populo Dei, & in judicio que juris sunt administrando strenue, ut ejus indicatio pauli post, scit omnis populus, qui habitat in portas urbis meae: Specimen cap. 4. in historia Ruthæ: adiiciuntur etiam divitiae in opibus magnis, ut sit dives agri, messe florens, omniumq; rerum abundans. Simil modo describitur Iob cap. 1. Vir erat in terra Vs nomine Iob, & erat vir ille simplex & rectus ac timens Deum, & recedens a malo. Natiq; sunt ei septem filii & tres filiae. Et fuit possessio ejus septem millia ovi um & tria millia camelorum, quingenta quoq; juga boum & quingenta asinae, si familia multa nimis. Eratq; vir ille magnus inter omnes orientales. Commendatio insignis viri boni psal. 112. conjugi p^y psal. 128. uxoris nobilioris prov. 31. Nomina pia sint, in librum vite manu Dei consignanda: bonis ac donis Dei cumulate d^r gratia recte ys utamur & fruamur cum

gratiarum actione ad Deum, in commendo proximi, nostri ac nostrorum, favorem Dei conciliemus, benevolentiam aliorum & conscientia bona testimonium in diem judicij extremi nobis comparemus ut est i. Tim. 1.

3. Mentio potentiae & magnarum opum de praesidijs & subsidij monet, quibus res humanae in vita communione tam publice in foro, quam privatim in domo promoventur, sustentantur & ornantur, adeoq; nervi sunt rerum gerendarum atq; administrandarum. Vnde Aristoteles secundum censem magistratum eligi vult, in domo opes requirit, divitias ad ornamentum refert. Vnde Abrahamum prophetam describit Moses, magnificum ac divitem predicator servus: de Isaac Gen. 26. scriptura ait, Benedixit ei Deus, & locupletatus est homo, & ibat proficiens atq; succrescens, donec magnus vehementer effectus est, habuitq; possessiones ovium, & armentorum & familie plurimum. De potentia iudicium in terra sancta, jure regio & apparatus Salomonis historia sacra video-

tur testis locuples. Et vox Dei illustris Reg. 3. Dedi tibi cor sapiens & intelligi-
in tantum ut nullus ante te similis tui fu-
rit, nec post te surrectus sit. Sed & hec
non postulasti dedi tibi, divitias scilicet
gloriam, ut nemo fuerit similis tibi in
gibus cunctis in retro diebus. Beatus ig-
tur vir qui timet Dominum, in mandatis
eius volet nimis potens in terra erit semper
eius, generatio rectorum benedicetur
gloria & divitiae in domo eius & justicia
eius manet in seculum seculi. Exortum est
in tenebris lumen rectis, misericors &
serator & justus. lucundus homo qui
seretur & commodat, disponet sermones
suos in iudicio, quia in eternum non com-
movebitur psal. 112. Quare origo bona in
Deo, ut prov. 10. Benedictio Domini facit
divites: possessio bona in usu legitimo Si-
ra 13. Bona est substantia, cui non est per-
catum in conscientia, & nequissima pa-
pertas in ore impij. Divitiae si affluunt,
nolite apponere cor psal. 62: quarite pri-
mum regnum Dei & justiciam ejus, &
hac omnia adiicientur vobis Matt. 6. E

Spectat

spectat & adhortatio Pauli 1. Tim. 6. Di-
vitibus hujus seculi praeceps, non sublime
sapere, neg. sperare in incerto divitarum,
sed in Deo vivo, qui prestat nobis omnia
abunde ad fruendum: bene agere, divites
fieri in bonis operibus: facile tribuere,
communicare, thesaurizare sibi fundame-
tum bonum in futurum ut apprehendam
bonam vitam.

II.

SPICILEGIVM
RUTHÆ.

I.

DE spicilegio ut περιάτει primò
mandatum Dei in bonum extra vin-
demian & messem Deut. 23. Ingressus vi-
neā proximi tui comedē uvas quantū tibi
placuerit, foras autē ne efferas tecū: si in-
traveris segetem amici tui, franges spicas
& manu conteres, falce autem non metes.
Intra messem & vindemian Levit. 19.
Cum messueris segetes terre tuae, nec re-
manentes spicas colliges, nec in vinea tua
racemos & grana decidentia, & congre-
gabis, sed pauperibus & peregrinis car-
penda

penda dimittes, Ego Dominus Deum
 ster. Repetitio universalis etiam in oliv
 habetur Deut. 24. Quando messueris
 getem in agro tuo, & oblitus manipulus
 reliqueris, non reverteris ut tollas illum
 sed advenam & pupillum & viduam
 ferre patieris, ut benedicat tibi Dominus
 Deus tuus in omni opere manuum tuarum.
 Si fruges collegeris olivarum, quicquid
 remanserit in arboribus, non reverteris
 ut colligas, sed relinques advera, pupilla
 & vidua. Si vindemia veris vinearum tua
 non colliges remanentes racemos, sed
 dent in usus advena, pupilli ac viduam.
 Memento quod & tu servieris in Aegypti
 & idcirco praeципio tibi ut facias han
 rem, Huc annus primus & tertius deci
 marum Deut. 14. septimus remissione
 Deut. 15. Exod. 23. Levit. 25. ut & qui
 quagesimus ibid. Secundò exemplum
 tum vellicationis in discipulis ob famam
 quos ex lege Dei Deut. 23. & exemplo
 Davidis 1. Sam. 21. ac sacerdotum in tem
 ple defendit Christus contra phariseos
 Matt. 12: tum collectionis in Ruth ad
 egestate

egestatem, quam Noemis socrus concedit,
 Boas Bethlehemita ad indicationem pue
 ri probat, ac munera in liberaliorem su
 stentationem addit. Tertio causa, que
 partim testimonium providentia divina
 in prospiciendo & sustentando pios multos,
 pauperes quosq. Ecclesia hinc dispersam,
 etiam tempore famis psal. 34. & exemplo
 Elias fugiens, quem Deus per corvos
 panem & carnes, mane & vespere defe
 rentes ac aqua de torrente cibat ac potat:
 per viduam Sareptanam in pugillo farine
 in hydria & paululo olei in lechito non de
 ficiente alit 1. Reg. 17. per angelum in pa
 ne sub cinericio & vase aquæ 1. Reg. 19.
 Exemplo populus in deserto, quem Chri
 stus bis ad saturitatem pascit, modo 4000.
 hominum quinque panibus & duobus pi
 scibus, duodecim fragmentorum cophinis
 remanentibus Ioh. 6. modo 5000. hominum
 septem panibus & paucis pisciculis, septem
 sportis fragmentorum superfluis Mar. 8.
 Exemplo Israel sexies centena millia
 virorum, quem in deserto Deus per Manu
 nam & coturnices cœlitus pascit, aqua de
 petra

EXPLICATIO.

p^etra durissima potat mirabiliter, v^estibus non discisis & calceis non attritus, os tis non caligantibus & dentibus non mortut^{ur} Moses testatur in se Deut. 29 ¶ Partim exercitium pietatis Christianum in egenis confugiendi ad Deum & poenitentiam ob inopiam & imploram opem ejus in defectu multiplici, quemadmodum David psal. 34. Iste pauperem mavit & Dominus exaudiuit eum, & omnibus tribulationibus ejus salvatum. Et 37. inhabitata terram & pasturam in divitias ejus, delectare Domino & habere tibi petitiones cordis tui, subditus domino & ora eum. Melius est modicū justi super divitias peccatorum multa non confundentur (immaculati) in tempore malo & in diebus famis saturabuntur. Iunior fui, etenim senui & non vidi iustum derelictum aut semen ejus querere panem. Tum in divitibus de penus suobona Dei in eleemosyna larga & de prometib^{us} liberalitatem erga pauperes exercitibus, ut Salomon Prov. 5. monet, Bibet quan de cisterna tua & fluenter putet te

Den

LIBRI RUTH.

Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide. Esaias cap. 58. frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosq^{ue} induc in domum tuam: cum videris nudum operi eum & carnem tuam ne despexeris. Christus Luc. 6. Date & dabitur vobis. Paulus Gal. 6. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Quae autem bona darentur à Deo Psalmus 41. explicat, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die malo liberabit eum Dominus. Dominus conservet eum & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum ejus. Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus, universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus. Exercitium autem liberalitatis in sacris eleemosyna larga, & juxta mandatum Dei Exod. 23. Non apparebis vacuus coram Domino: persolutio primitiarum ac decimarum, quarum portio quidem prior ad Deum pertinet in gratitudine animi, posterior vero ad ministerium ut legitimum

H

quid-

quiddam in sustentationem Levit. 8,4 templum ut sarta tecta domus Dei resantur 2. Reg. 12, ad pauperes tanquam virtualia viduarum & pupillorum: Macc. 3: vota arbitraria ad cultum vinum in edificiis sacris reparandis, ut centurione refertur Luc. 7, ing. ministri rum ecclesia ac schole cura, ut vel ipsi p. cantur ut de eo beneficio Obadias aulim optimi ob Paulum cap. 4, Constantinus Achabi Eli & memorat 1. Reg. 14, vel s. Theodosius ob patrocinium ecclesiae appendia augeantur docentium, ut deinde præstitum, domus Saxonica ob constanteribus Lucas cap. 8, scribit quod Christiam in doctrina vera afferenda & ecclesiis ministrarint de substantia illarum, sed reditibus pro ministris augendis. Iu- Male audit Nabal 1. Sam. 25, qui David undus homo qui miseretur & commodat, dem exulem inanem dimittit: dives epi disponet sermones suos in judicio, quia in lo Luc. 16, qui Lazaro mendico & ulceratum non commovebitur: in memoria so ne micas quidem concedit, ut canes m. timebit, paratum cor ejus sperare in gis misericordes prædissentur ulcera in gentes pauperis decumbentis: Diotrepho sive Corinthiacus sive Babylonicus sine confirmatum est cor ejus, non commovebitur donec despiciat inimicos stre sentiens & loquens de piis, nec eos n. suos: dispersit, dedit pauperibus, iusticia cipiens in hospitium suum, ut dignus reprobatione gravi 3. Iohann. Laudib. suis ornatur Abraham, qui tres convivium desiderij in pane caelesti appetendo, hospitio excipit & liberaliter tradit de quo Moses Deut. 8. Non in solo pane vi-

vit homo, sed in omni verbo quod deum cenarijs coequari vult, modo ex parte in Dei procedit. Et Christus Ioh. 6. Ego sum domo paterna hereat & gratia divine panis ille vita, qui in me credit, vivet & particeps sit, ut vere canat Moses Deut. & eternum. Copia autem hujus panis con 32. Laudate gentes populum ejus, & Paulus Rom. 15. Latamini gentes cum plebe tigit Israëlitis, quæ admodum Ps. 147. dicat, Annunciat verbum suum Iacob, ejus, sic etiam Deus non Iudaorum tanticias & judicia sua Israël. Non solum, sed & gentium Deus est, Sed ad tex taliter omni nationi, & judicia suam manifestavit eis. Micæ autem tantum in 1. ΑΦορμη, & ordine suo. venere gentibus circumiacentibus aut longe advenientibus, quæ admodum Gen. Iaphet habitabit in tabernaculo Sem, & 49. Silo erit expectatio gentium, Hag. Desideratus cunctis genibus, Esa. 53. asperget gentes multas, super ipsum con nebunt reges os suum. Duo onera tem sanctæ expedit Naaman Syrus 2. Reg. micas panis de mensa filiorum poscit ma lier Cananæa Matt. 15. De obedientia su perfecta gloriatur filius senior Luc. 15. victu pleno in saturitate panis in dom paterna fruitur invidus erga fratrum minorem & ingratus erga patrem: nor mundo conformis factus & ne quisquilius quidem habens, at se agnoscens, matrem tuam, ut sis longævus super ter-

socrum suam, si jubes vadam in a grum & colligam spicas, que fugerint manus metentium,

2. Cautio, ubi cunq; clementis in me patris familias reperero gra nebunt reges os suum. Duo onera tem tiam, Mitionis alicujus non Demeæ.
3. Concessio, Cui illa respondit, vade filia mea. Abiit itaque & colligebat spicas post terga meten tium.

4. in Rutha pietas honorandi Notetur. parentes & omnes eos qui loco pa rentum sunt, cuius præceptum expres sum Exod. 20. Honora patrem tuum & matrem tuam, ut sis longævus super ter-

ram, quam Dominus Deus tibi dabit. I
jus repetitio Sira. 3. Iudicium patrum
dite filij, & sic facite ut salvi sitis. Deum
honoravit patrem in filiis, & iudicium
matris exquirens firmavit in filios. Q
timet Dominum honorat parentes,
quasi Dominis serviet his, qui se genuerunt
in opere & sermone & omni patientia.
Adhortatio singularis Tob. 10. & appre
hendentes parentes filiam suam osculari
sunt eam & dimiserunt ire, morentes em
honorare sacerdos, diligere maritum, regi
re familiam, gubernare domum & se ipsos
irreprehensibilem exhibere. Exemplum
in Semo & Iapheto erga Noam Gen. 9.
Iosepho erga Iacobum Gen. 37. in Ruth
erga Noemini. cap. 2, in Christo erga pa
rentes Luc. 2. Honorandi etiam sunt libe
ri suo modo, de quo Siracides cap. 7. Fi
tibi sunt, erudi illos & curva eos à pur
icia eorum: filiae tibi sunt, serva corporis
larum & non ostendas hilarem faciem
illas. Trade filiam, & grande opus fe
ris, & homini sensato da illam. Mulier
est tibi secundum animam tuam, non p
ylo

ycias illam, & odibili non credas te in to
to corde tuo. Et 16. Ne jucunderis in filiis
impijs si multiplicentur, nec oblecteris su
per ipsos si non est timor Dei illis, non cre
das vite illorum & ne respexeris in labo
reorum. Melior est enim unus timens
Deum quam mille filij impij, & utile est
mori sine filiis quam relinquere filios ima
pios: Ab uno sensato inhabitabitur pa
tria, & à iribus impij deseretur. Exem
plum in patriarchis benedictibus li
beris suis, in primis in Iacobo Gen. 49. in
Mose Deut. 33. in Noemi erga Rutham,
quam filiam vocat in amore, nurū agnos
cit in propinquitate, officio & benedicit
Ruth. 2, in socru Petri domum Petri &
Andreae procurando, Christum excipien
do, & discipulis ejus ministrando Matth.
8. Mar. 1.

2. In patrefamilias distinctio
dominorum in clementes seu bo
nos, quos in eminentia omni honore di
gnos judicat Paulus 1. Tim. 2: & in dif
fices seu malos, de quibus Sira. cap. 7.
Non sis leo in domo tua. Instructio

diligens 1. Pet. 2. servi subditi estou
omni timore Dominis, non tantum boni
& modesti, sed etiam σκολιοῖς prae-
wunderlichen. Hæc est enim gratia
propriei Dei conscientiam sustinet quis
sticas patiens injuste. Et Colos. 3. O
servi obædite per omnia dominis carna-
bus, non ad oculum servientes quasi humi-
nibus servientes, sed in simplicitate cordi
timentes Dominum. Domini quod justus
est & æquum servis præstate, scientes quo-
niam & vos dominum habetis in cælo.
autem commoda vox senis apud Comit.
Non habeo omnia pro jure agere: ita
hortatio gravis Sira. 7. Noli esse pusilli-
nimis in animo tuo, humilia valde spiri-
tum tuum, quoniam carnis vindictam
pī, ignis & vermis. Servus sensatus
tibi dilectus quasi anima tua, non defrau-
des illum libertate, neq; inopem derelin-
quas illum. Durus nimis Laban in le-
cobum, lenis satis Naaman in servos
patrem appellant: duri cordis Nabal, o-
mis abigail. Ut igitur modestia & sub-
ditio inferiorum commendatur, ita com-

tus & affabilitas superiorum laudatur;
verum & illud Catonis, cede majori,
parce minori.

3. In Noëma thema ἀπόφελον, omnes
socrus oderunt nurus. In thesi ver-
satur Sostrata mulier in Hecyra Teren-
ty actu 2, scena 3.

Sed non facile est expurgatu, ita ani-
mum induxerunt, socrus

Omnes esse iniquas. In thesi & hy-
pothesi occupatus Laches senex Actu 2,
scena 1, qui Sostratam uxorem socrum
Philumena graviter incusat

Proh Deum atq; hominum fidem, quod
hoc genus est? que hæc conjuratio?
Ut omnes mulieres eadem æque stude-
ant, nolintq; omnia,

Neque declinatam quicquam ab alia-
rum ingenio ullam reperias.

Itaque adeo uno omnes animo socrus
oderunt nurus.

Virus esse adversas æque studium est,
similis pertinacia est.

In eodem omnes mihi videntur ludo
docte ad maliciam,

*Et ei ludo, si nullus est, magistrum habere
esse satis certo scio.*

In antithesi ad nurus accommodat M
cheas propheta cap. 7. Ab ea qua dormi
in sinu tuo custodi claustra oris tui, quia
filius contumeliam facit patri suo, & filius
consurgit adversus matrem suam, nurus
adversus socrum suum, & inimici homi
nis domestici ejus. Et in causa evangelii
se facturum esse Christus faretur Matth.
10, quemadmodum utrobiq. Luc. 12, Erunt
ex hoc quinque in domo una divisi, tri
in duos & duo in tres dividentur, pater in
filium & filius in patrem suum, mater in
filiam & filia in matrem, socrus in nu
rum suam & nurus in socrum suam. Cau
sa generalis est malicia in sexu fami
neo secundum Terentium, seductio ejus
dem secundum Paulum 1. Tim. 2, perse
quitur odiose Siracides cap. 25. Specia
lis in socru amor erga filios Sira. 35, &
metus à nuru minus commoda & frugife
ra in domo: in nuru reformatio socrus in
minimo, adeoq; imperium in nurum, ut
inique reputentur socrus omnes secundum

Terent.

Terentium loco supra citato. Totum hoc
sublatum & sepulta omnis yuvarumq; etia
in historia & Ruthae & Noemis, mulier
enim in silentio discat cum omni subjectio
ne, neque dominetur in virum. Beatus,
qui habitat cum muliere sensata Sirach.
25. Gratia super gratiam mulier sancta
& pudorata: omnis autem ponderatio
non est digna continentis anima. Sicut
sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mu
lieris bona species in ornamentum domus
eius. Despicit Hagar dominam suam Sa
ram Gen. 16, ob fructificationem sui, af
fligente eam Sara fugam init in super
bia: offenditur uxoribus Esavi Rebecca
ut alienigenis Gen. 26. Amice quidem
vivunt inter se Lea & Rahel Sorores,
uxores Jacobi, & tamen ob prolem in
vident Gen. 29. & 30. Morosa Zipora
est uxor Mosis Exod. 4, impetuosa Pe
nina in domo Elcane 1. Sam. 1, contra
benigna ac patiens Anna mater Samue
lis, ut & nurus Eli uxor Phineas sacer
dotum & virum suum plangens 1. Sam.
4. Arguit aliquid singulare adhortatio
gravis

gravis Raguelis & uxoris ejus ad filii
Saram Tob. 10, monendo honorare so-
ros, diligere maritum, regere fa-
miliam, gubernare domum, seipsum in
prehensibilem exhibere. De sacero-
genero Levita liber judicum vide-
cap. 19.

II. Enchàv, & quidem

1. In agro, accidit autem ut ag-
ille haberet dominum nominem
Boam, qui erat de cognatione El-
imelechi.

2. In domino, Et ecce ipse venie-
bat de Bethlehem, ut inspectio p-
marius.

Notetur.

1. Verbum accidit, quod in Gra-
co disertius exprimitur τὸ εἶπεσθαι περί
ματι incidunt casu, & Lucas evangelisti
verbo concinniore reddidit in historiis
sua evangelica εἰγένετο factum est singu-
lari Dei providentia, omni fortuna cu-
idolo gentium & omni casu in causa sua
occulta exclusis. Et vidit certe Aristote-
les princeps philosophorum de causis dif-
ferendo fortunam & casum coincidere &

συμβεβηκός

συμβεβηκός occulto modo, ad causas vero
per se fortunam in ἐλλόγοις & casum in
ἄλογοις esse referenda, ad Deum & natu-
ram ministram Dei. Nos directe provi-
dentiam Dei intelligimus, que omnia hu-
mana in inferioribus & divina in supe-
rioribus ac cœlestibus gubernat, ut Pau-
lus Actor. 17. in ipso vivimus, movemur
& sumus, & Roman. 11. omnia ex ipso,
per ipsum & in ipso, ipsi gloria in se-
culum.

2. Diductio ulterior partis prima de
Boa, qui supra consanguineus, hic de co-
gnatione Elimelechi: supra homo potes &
magnarum opum, hic dominus agrum ha-
bens in tractu Bethlehemitico, quem ut
inspiciat de Bethlehem egreditur tempo-
re messis. Et bona ταχηγυμένα animi &
corporis virtus habens sat dotata in se.
que admodū corporis commodis vita beata
completur secundum Ciceronem 3. de Fi-
nibus, verum bonis διπλανούμενοι fortu-
na & fortunarum circumdata sat orna-
ta, ut Peripateticorum distinctio sonat.
Vnde Ovidius lib. 2. de Ronto,

Indice:

Iudice te mercede caret, per seq[ue]ntia peten-
da est,

Externis virtus incomitata bonis. Et
Claudianus in consulatum Manlii Theo-
dori,

Ipsa quidem virtus premium sibi, solu-
late

Fortuna secura nitet, nec fascibus ullis
Erigitur, plausu' petit clarescent
vulgi:

Nil opis externae cupiens, nil indig-
landis,

Divitiis animosa suis, immotaq[ue] cunctis
Casibus, ex altam mortalia despicit aucto-
Hanc tamen invitam blande vestigia
& ultro

Ambit honor, docuit toties à rupe pro-
fectus

Lictor, & in mediis consul questus &
ratris.

3. Ordinatio operarū in re fami-
liari, ubi inspecto primarius est paterfa-
milias, dominus domus: secundarius ama-
nuensis, curator domus & questor. Post
ministri reliqui in ordine quisque suo i-

pede

pedibus, praefecti operarum, agricultura, etiam messis: tandem amici & vicini & latere inservientes pro modo suo, etiam pauperes, vidue & pupilli, expectantes si quid in stipem aliquam vel spicam saltem, in domo & agro, in convivijs & encanis ipsis cedat liberaliter, si non secundum copiam largam, saltem secundum micam aliquam vultu amico dulcoratam. Dives in omnibus factus Abraham Eliezerem servum primarium sibi consti-
tuit in domo, cui omnia bona sua commit-
tit, quem & filij nomine allegat in nu-
ptias contrahendas Gen. 24: in expedi-
tione contra hostes 318 vernas & servos
educit, victoriamq[ue] obtinet Gen. 14. Re-
veretur eum Sara uxor eius primaria
dominuri vocans, ut Petrus meminit 1.ca.
3: dignatur conuentu singulari Deus
Gen. 18, & amicus Dei agnoscitur Iaco. 2.
Magnificus rector domus sue est Isaac, a-
grum serit & centuplum metit Gen. 26,
non sine ministerio servorum: spectabilis
decanus est Iacob in turmis suis, uxores
primarias secum ducens binas, ancillas
duas.

duas, filios duodecim, filiam unam, ministros innumeros propter pecora & armata, ut nihil supra, & ipse minor sit omnibus miserationibus Dei Gen. 32. Boas amici boni ut ex oratione ejus, corporis habilis ut ⁷⁰, interpres, etatis constantius ex cura domestica appetet, omnia ben constituta habet, & ipse domini ordinaria munia, amanensis in agro messem prorat, servi reliqui falcem ad imperata immittunt, quid non? Latantur coram Boas sicut qui latantur in messe, sicut exultant victores spirituales per preces capta præda, quando dividunt spolia in fanore lago areae divitis Esa. 9. Accedit particula gaudij Noemis consanguinea in vota Ruth alienigena in spicilegia: adest Deus ipse in benedictione summa, ut qui primum in spiritualibus quarit regnum Dei & justiam ejus, ei cetera omnia in corporalibus adiificantur, panis cotidianus uxor honesta, liberi boni: detur pax tranquillitas, divitiae, gloria & potentia Matth. 6. Psal. 112. De Raguele legato Tob. 10, de centurione Matth. 8, de Cor.

nello Act. 10: de Philemone domino & Onesimo servo ejus videatur epistola Pauli sati pathetica, & plena gravitatis spiritualis.

111. Epitatis amica pro & contra. Intervenit autem &c.

1. Salutatio, dixitq; messoribus, Dominus vobiscum. Qui responderunt ei, Benedic tibi Dominus. De salutatione, Symbolo fidei, amoris & officij debiti ad invicem, dictum alias sepe, quo lector amicus remittendus. Et certe quò quis magis pius, Deum timens, regem honorans, & proximo inservire cupidus, eò pronior ad omnia munia hominis Christiani, & non quæ sua sunt sed quæ alterius querit 1. Cor. 10. quæ pacis sunt seculatur & quæ edificationis ad invicem custodit 2. Cor. 12. Præceptum Sira. 22. Amicum salutare non confundaris, Matt. 10. Intrantes in domum salutare eam dicentes, pax huic domui. Et si quidem fuerit dominus illa digna, veniet pax destra super eam: Si autem non fuerit digna, pax vestra revertetur ad vos. Similiter

1. Cor. 16. & 1. Pet. 5. salutate invicem
osculo sancto. Exemplum in angelo Gabriele Luc. 1. ad Mariam virginem,
Tobia seniore cap. 5. ad Raphaelem angelum : in Mose & Ietrone Exod. 18. salutat
runt se mutuo verbis pacificis, in Nicani & Iuda Maccabao 1. ca. 7, sed insidiosus
raperetur Iudas. Ob viam 1. Sam. 13. Sam
Samueli progreditur ut salutet, David
salutat populum 1. Sam. 30. ex praliu
diens : salutat Maria Elisabetham Lui
2. omnis populus Christum Mar. 9. Chri
stus discipulos Ioh. 20. Paulus omnes fan
ctos Rom. & 1. Cor. 16. Nuncios ablegit
salutatione Abigail uxor Nabalis ad Da
videm exulem 1. Sam. 25, emittit Tobi
loram filium ad regem Davidem ut salu
taret eum 2. Sam. 8. & ad salutandum
lios regis descendunt fratres Ochoza
Reg. 10. Quod autem 2. Reg. 2. scribitur
si occurrit tibi homo, non salutabis eum
Luc. 10. neminem per viam salutabis
non de officio pietatis in salutando intel
ligendum est, sed de festinatione in via, in
omni benevolentia intempestiva, per
genda.

genda. Forma pia & elegans salutan
di hoc loco. Dominus vobiscum qui in
expositione sua mystica sumta videtur ex
capite sexto Numerorum, Dominus bene
dicat tibi & custodiat te, Dominus illu
minet vultum tuum super te & misereas
tur tui, Dominus convertat faciem tuam
ad te & det tibi pacem. In usu ac fructu
operis redēctionis explicat Christus Ioh.
20. ad discipulos dicens, pax vobis: appli
cat angelus Luc. 1. ad Mariam, Ave Ma
ria, gratia plena, Dominus tecum, bene
dicta tu in mulieribus, ne timeas, inveni
sti n. gratiam apud Deum. Et hoc est
quod servi Boe respondet satis appositum, Be
nedicat tibi Dominus. Adeo enim pendent
omnia à Deo & omnia ei accepta ferenda
sunt, quod in ipso vivimus, movemur &
sumus, Act. 17. Bene igitur precemur alius
ex animo Deo benedicente largiter nobis,
& nos bene audiemus apud Deum & pro
ximum. Finis enim precepti est charitas,
de corde puro & conscientia bona, fideq.
non ficta 1. Tim. 1. Et Ephe. 4. Omnis ser
mo malus ex ore vestro non procedat, sed

si quis bonus ad edificationem fidei, ut de gratiam audientibus. Item Colos. 4. sermo vester semper per gratiam sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere. Tam enim pium est responso amico obviam ire quam in salutatione pia adire, ein gut Wort sol ein gut statt finden / Adeo usq; verum est, quod Paulus Rom. 12. monet, Dilectio sine simulatione, odientes malum, adherentes bono: charitate fraternitatis invicem diligentes, honore invicem praeponentes; & si fieri potest, quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habent.

2. Sciscitatio, Dixit Boas juveni qui messoribus præerat, cuius est hæc puella? mulier iuvencula. Cui respondit, in tribus, primò quæ sit, Haec est Moabitis, quæ venit cum Noë mi de regione Moabitide: secundo quid ambierit. Et rogavit ut spicas colligeret remanentes, sequens messorum vestigia: tertio quomodo se gerat, Et de mane usque nunc stat in agro, & nec ad momentum qui-

dem

dem domum reversa est, id est non culcitrosa velociosa est, ut Lutherus expedit.

1. In Ror diligentia œconomica Notetur, inspiciendi in omnia, cum res gerendas per unumquemque, cum personas in domo vel agro versantes. Operæ enim licet rectè distribuantur suo loco & tempore, infideliter tamen administrantur, ut rectè Paulus de ministro ecclesia & omni operario concludat 1. Corinth. 4. requiriatur in dispensatore ut fidelis sit, non ad oculum serviendo, sed ex animo cum bona voluntate Ephe. 6. Immiscent se quoque sœpe alieni parum frugi in labore, plus damni inferentes quam boni aliquid conferentes, non vocati, minus conducti, quibus animus est clam abripere, à latere defraudare, in universum incommodeare, ut inspectione diligentiore opus sit maxime. Ordine censet vernas, & servos suos lustrat Abraham Gen. 14. in expeditionem bellicam educit contra hostes, victoriamque obtinet: fidei præstat summam Eliezer intra & extra domum ad Domini impe-

rium & mandatum Gen. 15. & 24. Inspectum omnia, inquirit in omnia etiam fratres suos Ioseph, ordinat omnia etiam in frumento vendendo, agro iterum conservando in regno Aegypti, ut nihil supra fidetur ejus a rege commendetur Gen. 41, 420
 47. De Boa nota tota ejus historia cap. i. in libro Ruth, diligenter inspectum opera messorum, sollicitus de Ruth, amicis loquitur, abunde procurat, solatur inspectio legio. Ordinatio Davidis pulchra recessetur 2. Sam. 8. Regnavit David super omnem Israel, faciebat quoque iudicium & justiciam omni populo suu Ioab autem filius Zarui & erat super exercitum, porro Jofaphat filius Achitob erat a commentariis, & Sadoch filius Achitob & Achimelech filius Abiathar erant sacerdotes, & Sarajas scriba, Banajas autem filius Iosade super Creti & Plethi, filii autem David sacerdotes erant. Salomonis 1. Reg. 2. in malo avertendo & bono constituendo in omni regno suo, cap. 3. in sapientia petenda, cap. 4. in principibus succedendis, cap. 5. in

micitys incundis, cap. 4. & 10. in disputationibus habendis, cap. 6. in templo Dei & cap. 7. in regia sua adificanda, cap. 8. in templo dedicando ac domo sua. Regimen bonum arguunt in domo Namaani Syri & militiae praefecti, quod ancilla domine de Eliseo significare audit, servi dominum patrem appellant Reg. 5: in domo regi, quod servi domino obviant, & leta de filio nunciant Iohan. 4: in domo centurionis, de quo ipse gloriatur, ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic vade & vadit, & alij veni & venit, & servo meo fac hoc & facie Matth. 8. Quin ordine omnia procedunt Iohan. 12, Iesus ante sex dies pasche venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitavit Iesus. Fecerunt autem ei canam ibi, & Martha ministrabat, Lazarus vero unus erat ex discubentibus cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistice preiosae, & unxit pedes Iesus, & extersit pedes ejus capillus suis, & domus

impleta est ex odore unguenti. Regula bona Sirach. 42. Vbi manus multæ sunt, clade: & quodcumq; trades, numerus appende: datum verò & accepitum omne describe. Quare non abs re est, quod tam diligenter Onesimum servū fugitivum & depilatorem, at resipiscentem in vinculis Rome Philemoni Paulus commendat in epistola certa ad hunc prescripta. Imperium penes dominum, ut & inspectio propter dominium, subjectio & fides in promptitudine penes servos propter servitium & in hoc necessitatē sustentandi se. Ratum enim decretum divinum Prov. 22. Dives & pauper obvia a verū sibi, utriusq; operator est Dominus. Imo melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quam dives in pravis itineribus.

2. In prefecto messorum prudentia, qui ad interrogata apposite respondet de persona, facto, & studio, per circumstan-
tias præcipuas, ut versus communis eas-
dem complectitur,

Quis, quid, ubi, quibus auxilijs, cur,
quomodo, quando.

Quis,

Quis, Ruth in oculis Boë pueræ nubilis, in se mulier juvencula, nurus Noémis: quid, petitio in spicilegium liberum: ubi, in agro Boë Bethlehemita: quibus auxilijs, concessione Noémis socrus & permis-
su prefeciti messorum: quando, à mane ad vesperam: quomodo, nec ad momen-
tum quiescendo aut divertendo ab agro:
cur, in collectionem sciarum & suspen-
tationem aliquam sui & Noémis. Senten-
tia insignis Salomonis Prov. 10. Labia iu-
sti considerant placita & eruditunt pluri-
mos, qui moderatur labia sua prudentissi-
mus est, argentum electum lingua justi.
Et 16. Cor sapientis erudit os ejus, & la-
büs ejus addet gratiam. Favus mellis
composita verba, dulcedo animæ sanitas
ossum. Item cap. 24, Labia deosculabi-
tur, qui recta verba responderet. Et hac
pro seruo ac ministro quocunq;: pro domi-
no ibidem, prepara foris opus tuum, & di-
ligenter exerce agrum tuum, & postea æ-
difices domum, das Geld genügt / das
Haus gesucht / Sciscitatio humana Isaac-
ci Gen. 22. Dixit Isaac patri suo, Pater
l s in:

mi : at ille respondit , Quid vis fili ? Ecce inquit, ignis & ligna , ubi est victimus holocausti ? Dixit autem Abraham , Deum providebit sibi victimam holocausti filii mi . Collocutio amica at periculis satis Iacob Gen. 27, qui illatis cibis dixit ad Isaacum , Pater mi , at ille respondit . Audio , quis es tu fili mi ? Dixitque Iacob ego sum primogenitus tuus Esau , sed tibi sicut precepisti mihi , surge , sede , & comedere de venatione mea , ut benedictat mihi anima tua . Rursumque Isaac ad filium suum , quomodo inquit tam uito invenire potuisti fili mi ? Qui respondit , voluntas Dei fuit ut cito occurret mihi quod volebam . Dixitque Iacob , accede hoc ut tangam te fili mi & probem utrum tu sis filius meus Esau an non . Accesit ille ad patrem , & patre eo dixit Isaac , vox quidem vox Iacob est , sed manus manus sunt Esau . Benedicens ergo ait &c. Sic i. Sam. 1. afflavit Heli Annam temulentam , dixitque ei , Usque quo ebria eris ? Digeri paulisper vinum , quo mades . Respondit

Anna

Anna , nequaquam Domine mi , Nam mulier infelix nimis ego Domine mi , vi-numq; & omne quod inebriare potest non bibi , sed effudi animam meam in con-spectu Domini . Ne reputes ancillam tuam sicut unam de filiabus Belial , quia ex multitudine doloris & maroris mei locuta sum in praesens . Tunc Heli ait ei , Vade in pace , & Deus Israel det tibi petitionem , quam rogasti eum . Informa confessionis res illustrior Matth. 26. in palatio Caipha , & in prætorio Pilati Iohann. 18. In altercatione mutua , dulci tamen & domino grata Martha Soror Lazari se declarat Iohann. 11. Do-mine si fuisses hic , frater meus non fuisset mortuus . Sed & nunc scio , quia quacunque poposceris à Deo , dabit tibi Deus . Dicit illi Jesus , Resurget frater tuus . Dicit ei Martha , scio , quia resurget in resurrectione , in novissimo die . Dicit ei Iesus , ego sum resurrectio & vita , qui credit in me etiamsi mortuus fuerit vivet . & omnis qui vivit & credit in me , non morietur in aeternum .

Credi

Credis hoc? Ait illi, utiq. Domine. Et iterum dicit, Letamini gentes cum credidi, quia tu es Christus filius Dei p̄lebe ejus. Et iterum, Laudate omnes vi, qui in hunc mundum venisti. Vix gentes Dominum & magnificate cum o-
tur pia esse debet & commoda omni- mnes populi. Et rursus Esaias ait, Et erit terrogatio, ita magis pia & fructu- radix lesse, & qui exurget regere gentes, omnis responsio, in edificationem non in eum gentes sperabunt. Et Christus destructionem, 2. Cor. 10. & 13.

Matt. 8. Dico vobis quod multi ab orien-

te & occidente venient, & recumbent cum destiæ, non enim superbit ascita in populo Abraham & Isaac & Jacob in regno cœ-
lum ludeorum per Noemini, gaudet Mo- lorum. Item loel 2, omnis qui invocaverit bitis quod ad Deum Israëlis transierit nomen domini salvus erit, quia in monte fruitur in fide promissionibus divinis Sion & in Ierusalem erit salvatio, sicut Messia venturo generis humani liberatus dixit Dominus, & in residuis quos Domi-
re, lumine ad revelationem genium vocaverit. Secundò humanitatis, gloriā plebis suæ Israël Luc. 2. Adg. 10. non enim se in messores intrudit, sed am-
tes enim salutis Israëlis etiam spectat, Esaïa honorifice petit amicè, sollicitat sub-
16. Ambulabunt gentes in lumine tuo splendissime, ut à tergo messorum colligat reges in splendore ortus tui. Vnde Paulus spicas remanentes vel excusas, ut Deut. Rom. 15. ex Psalmis & Esaias, Dico Chri- 24. ordinatio Dei in mandato ad divites stum Iesum ministrum fuisse circumcisum pro egenis, pauperibus, viduis & pupillis nisi propter veritatem Dei ad confirmationem babet. Vetus enim verbum hoc quidem das promissiones patrum: gentes autem est communia esse amicorū inter se super misericordia honorare Deum, sicut omnia, quemadmodū Terentius in Adel- scriptum est, propterea confitebor tibi in phis: verius & disertius Salomonis Prov. gentibus Domine, & nomini tuo cantabo. 24. Qui miseretur pauperis, beatus erit.

*Et 21. facere misericordiam & iudicium
magis placet Domino quam victimam.
sequitur justiciam & misericordiam,
veniet vitam, justiciam & gloriam. Eu-
empla ubivis ob viam in sacris, ut Pa-
filio precipiat Tob. 4. Panem tuum &
esurientibus & egentibus comedere, &
vestimentis tuis nudos tege. Panem tuum
& vinum tuum super sepulturam infirmorum
& noli ex eo manducare & bibere cum
peccatoribus. Quoniam eleemosyna
morte liberat, & ipsa est qua purgat pe-
ccata, & facit invenire vitam Tob. 11.
Tertio diligentiae in officio suscep-
pto, à mane usq. nunc, & in omne momen-
tum vita presentis, quemadmodum Gen.
In laboribus comedes de terra cunctis di-
bus vita tuae, in sudore vulnus tui veser-
pane tuo, donec revertaris in terram, &
quas sumitus es, quia pulvis es & in pulvi-
rem reverteris. Beati tamen qui imma-
Dominum, qui ambulant in viis ejus, labo-
res manuum suarum manducabunt, be-
erunt & bene eis erit Psal. 128. Inhabi-
terram, inquit Psal. 37, & pasceris in*

vitiis ejus. Nec functio ulla tam vilius &
contempta unquam, quin Deo grata & ac-
cepta sit, si fundamentum in verbo Dei
habeat, & in fide facta ad obediendum
Deo & inserendi proximo cedat, et
iam in virgulta minima vel stramine
tollendo è medio ad domini imperatum,
ut praclare Lutherus vir Dei in exposi-
tione precepti quarti hinc inde. Exhor-
ratio diligens Prov. 6. Vade ad formi-
cam o piger, & considera vias ejus & dis-
ce sapientiam. Quæ cum non habeat du-
cem, neq; præceptorem, neq; principem, pa-
rat in aestate cibum sibi & congregat in
messe quod comedat. Usquequo piger dor-
mies ? quando consurges è somno tuo ?
Paululum dormies, paululum dormitabis,
paululum conseres manus tuas ut dor-
mias, & veniet tibi quasi viator egestas,
& pauperies quasi vir armatus. Si vero
impiger fueris, veniet ut fons messis tua,
& egestas longe fugiet à te. Promissio
cap. 10. Egestatem operata est manus re-
missa, manus autem fortium diuicias pa-
rat : qui congregat in messe filius sapiens
est.

est, qui autem sterit & estate filius con-
fessionis. Et 12, Qui operatur terram suam
satiabitur panibus, qui autem sedentia-
cium stultissimus est. Noli diligere son-
num, ne te egestas opprimat: aperi oculi
tuos, & saturare panibus. Sira. 31. In
mnibus operibus tuis esto relax, & milde
infirmitas occurret tibi. Eccle. 5. Dulce
est somnus operanti, sive parum, sive mul-
tum comedat. Sira. 40. Vita sibi sufficien-
tis operarii condulcabitur, & inca-
venies thesaurum. Exemplum in h-
damo colente terram, in Noa plantan-
tineam, in Abrahamo conseruenie hortos,
in Isaaco arante agrum, in Achas studio
so agriculturae, in Eliseo sequente boves &
rantes, in Amos pastore & moros vellican-
te, in Petro & Andrea, Iacobo & Iohanni
piscatoribus, in Paulo tapetario, in Iose-
pho Christi nutritore & fabro lignario,
alijsq; ad laborem natis, ut avis ad v-
landum lob. 5.

3. Ordinatio Boe ad Ruth, primo in
exordio n^o 10. Audi filia, secun-
do in expositione pro et contra. Ne vadat
in ali-

in alterum agrum ad colligendum,
nec recedas ab hoc loco, sed, junge-
re puellis meis, & ubi messuerint
sequere. Tertio in confirmatione ab
bono, Mandavi enim pueris meis,
ut nemo molestus sit tibi. Quartò
in refutatione egestatis à commodo, sed
& si sitieris, vade ad sarcinulas &
bibe aquas, de quibus & pueri mei
bibunt. Quinto in conclusione x^o πά-
δος, Quæ cadens in faciem suam ad-
oravit super terram.

1. Artificium rhetoricum in oratione Notetur.
ornata pluries in sacris nobis à S. Sancto
commendatum. Partes ejus præcipuas in
partitionibus suis oratorys quatuor Cice-
ro prescribit, ut sit principium conve-
niens, insinuatione constans leni, duriore
raro vel nunquam: narratio plana in
expositione dilucida, propositionem prin-
cipalem in se continens rei tractanda &
peragenda: fides in confirmationem
rei ad persuadendum auditoribus dire-
cta, secundum locos vel rerum vel perso-
narum, prout genus causa in statu suo po-

stulat: peroratio in brevi repetitione totius causæ cum probationibus & commotione animorum in affectibus gravioribus, qui $\tau\alpha\delta$ in Gracis. Libera relinquitur refutatio, quæ vel narrationem antecedit, ut in apologia Iothami filij minimi Gideonis Iud. 9. post quam narratio de rege legitimo eligendo ut in fuga supprimitur: vel loco confirmationis ponitur pro re nata, ut in consilio Chuse Arachite contra Achitophelem 2. Sam. 17, ab anno Davidis infracto & robore militum ejus magno argumenta petens: vel post confirmationem sequitur, ut in oratione gravi Iosue & Caleb ad populum Israel Num. 14, à potentia Dei, à facilitate populi, à metu hostium. Exemplum valde insigne in canto Mosis Deut. 32, in quo exordium petitur à verbi divini autoritate, utilitate, efficacia, & dignitate. Narratio propositionem continet, Date magnificentiam Deo nostro. Confirmatio in fidem maiorem sumitur ab honesto, in Deo justo & fidi; ab honesto erga populum acquisitum in peculium. pa-

sum

sum in deserto, doctum per legem, custoditum ut pupillam oculi, gubernatum ut pullum aquila, conservatum ad terram omnibus bonis & donis abundantem. Ab iniutili, in culpa & pena omnimoda: ab æquo & bono in causa motiva, in culpa commissa & pena attracta, in ultiōne justa propter malum, & tamen in bonum mitigata. A majestate Dei, quod unus: ab opere, quod mortificet & vivifict, hostes suos pessundet. Peroratio statum principalem colligit in subjectione populi, & affectionibus vehementioribus concludit. Inseritur tamen objurgatio dura oboscitantiam & contemnum, imo contumaciam & dorsar lav à vero Deo, loco refutationis in circumstantiis qui, quid, & quomodo non sine ultiōne divina. Simile exemplum in Iona cap. 2. cuius non tam precatio quam hymnus constat exordio, ab exauditione: narratione miseria, & affectione sui: propositione, quod Dominus tandem opem tulerit: confirmatione ab honesto sive bonitate Dei summa, & ab utili precum efficacia: re-

K 2

futa-

EXPLICATIO.

futatione hypocritarum, in vano suo
frustra Deo opposito? conclusione, pre-
dicationem laudis coram Deo & vocem
confessionis coram ecclesia spondente.

2. Munificentia Boë in Rutham,
quam filiam vocat ei de suo largitur, suū
sociam adjungit, de edulio ac potu prosci-
pit, & ne quis ei impedimento vel oneris suū
procurat. Magnatum hæc est virtus erga
inferiores & subditos maxime. De excel-
lentia ejus alibi pluribus. Qui facit mi-
sericordiam, fæneratur Domino: & qui
prævalet, mandata servat. Propter man-
datum assume pauperem, & propter in-
piam ejus ne dimittas eum vacuum. Per-
de pecuniam propter fratrem & amicum,
& non abscondas illam sub lapide in per-
ditionem. Pone thesaurum tuum in pre-
ceptis altissimi, & proderit tibi magis
quam aurum: conclude eleemosynam
corde pauperis, & hæc te exorabit ab omni
malo. Eleemosyna viri quasi sacculus
cum ipso, & gratiam hominis quasi pupil-
lam conservabit, & postea resurget & re-
tribuet illis retributionem unicuique in ca-
put il-

put illorum, inquit Siracides cap. 29. Prov.
3. Honora Dominum de tua substantia, &
de primis omnium frugum tuarum da
pauperibus, & implebuntur horrea tua
saturitate, & vino torcularia redunda-
bunt. Noli prohibere benefacere eum qui
potest, si vales & ipse benefac. Ne dicas
amico tuo, vade & revertere, & cras tibi
dabo, cum statim possis dare. Liberalis
Abraham, hospitalis Lot, humanus
Moses in letronem, munificus David in
tribus Israël, captivos reducere jubet E-
lisæus, & aliquoties convivio excipitur
Christus, à Lazaro præsertim in Betha-
nia. Prædam dividit equaliter David 1.
Sam. 30, panes 20 in viros centum Eli-
sæus 2. Reg. 4: munificentia utitur Salo-
mon in suis 1. Reg. 8, Ezechias 2. Para.
30, losias 2. Para. 35. Munifici inveni-
untur Naaman Syrus 2. Reg. 5, Magi ab
orientе Matth. 2. in ortu, mulieres comi-
tes Christi Luc. 8. in vita, Joseph Arima-
thensis Matth. 28. in morte. Excipit in
Ioppen Petrum Simon coriarius Act. 9,
Maria mater Marci Act. 12, Paulum Ly-

dia purpurissa, & custos carceris Act. 16.
Iohannem Caius Senior 3. Ioh. Pascit Prophetas Obadias, patrocinatur Jeremie Eb-
demelech: scholam edificat centurio, sub-
sidia in ore erogant Philippenses satis li-
berales erga Paulum & pios omnes. Hac
munificentia magnates exuscitet, ut ec-
clesia nutritores sunt, ministris in stipen-
dij liberaliter prospiciant Esa. 49: audi-
tores verbi moneat, quod si in spirituali-
bus ditati sunt, in corporalibus juvent pa-
stores suos egētes & algentes, i. Cor. 9: pios
omnes urgeat, ut alius in aliū beneficis
sit, operetur bonum ad omnes, maxime au-
tem ad domesticos fidei Gal. 6. Date &
dabitur vobis, mensuram n. bonam & con-
fertam & coagitatam & supereffluentem
dabunt in sinum vestrum Luc. 6. Simili-
ter cap. 14. Cum facis convivium, voca pau-
peres, debiles, claudos & cæcos, & beatu-
eris, quia non habet retribuere tibi, retri-
buetur autē tibi in resurrectione iustorū

3. Gratitudo in Rutha, more genit
in faciem cadente. Describitur eadem in
Iacobō redeunte cum turmis suis Gen. 32

in Davide Ps. 116, & in Samaritano san-
to à Christo Luc. 17. Complectitur autem
hac virtus duas alias in se, primò, veri-
tatem, quae agnoscit vere bona & dona
accepta, à Deo præsertim, ut in recensione
Iacobi Gen. 32, Tobi & junioris c. 12. Simeo-
nis Luc. 2, intercessorum ludeorū pro cen-
turione gentili, nec non Christi contra Si-
monem Pharisæum in aqua, osculo & oleo
mulieris peccatricis Luc. 7. Et hæc nostram
egestatem arguit coram Deo, nosq; rubore
suffundit in submissionem & reverentiam
majorem erga Deum autorem omnis boni.
Secundò, justiciā, quæ de compensatione
mutua cogitat & re ipsa rependere studet,
quod si minus, animo saltem benevolo &
verbis amicis, quemadmodum videre li-
cet in Iacobo in cœlum oculos tollente, in
Rutha in terrā se prosternente, in Davide
ad calicem salutaris ac invocationē pro-
vocante, in Maccabæis festa post victoriæ
divinitus impetratam instituentibus. In
Christo Matr. 11. exultate, in Apostolis glo-
rificantibus quod & gentibus penitentiā
dederit Deus ad vitā Act. 11, in Paulo per

*omnes fere epistolas propter auditores suos
in spiritualibus divites factos. Et hac
justicia qualiscunq^z, modo ex animo bono
proficiatur, placet Deo unice, quod ipsi
honos tribuntur Soli, sicut benedictus in o-
mnibus operibus ac beneficiis suis, ut Psal.
103. & 104, 145. & 147. Incusatio gravis
Deut. 32, Generatio prava atque pver-
sa, haccine reddis Domino popule stulte &
insipiens? Nunquid non ipse est pater
tuus, qui possedit te, fecit & creavit te.
Exuscitatio diligens Psa. 117. Laudate
Dominum omnes gentes, laudate cum o-
mnes populi: quoniam confirmata est su-
per nos misericordia ejus & veritas Do-
mini manet in eternum.*

*4. Subjectio Ruthae, in interrogacione
ipsius, Dixit ad eum, Vnde mihi hoc,
ut invenirem gratiam ante oculos
tuos, & nosse me dignareris pere-
grinam mulierem? In responsione Boe,
Cui ille respondit, tum in narratione,
Nunciata sunt mihi omnia, quæ fe-
ceris socrui tuæ post mortem viri
tui, & quod reliqueris parentes
tuos!*

*tuos, & terram in qua nata es, & ve-
neris ad populum quem antea ne-
sciebas. Tum in voto, reddet tibi Do-
minus pro opere tuo, & plenâ mer-
cedem recipias à Domino Deo Is-
rael, ad quem venisti & sub cuius
configisti alas.*

*1. in Rutha modestia in subjectio- Notetur.
ne, quod ad sexum fæmineum. De ea Gen.
3. Sub viri potestate eris, & ipse domina-
bitur tibi. Et 1. Tim. 2. Similiter & mu-
lieres in habitu ornato cum verecundia
& sobrietate ornantes se, & non in tortis
crinibus aut margaritis vel ueste pre-
ciosa, sed quod decet mulieres promitten-
tes pietatem per opera bona. Mulier in si-
lentio discat cum omni subjectione, docere
non permitto, neque dominari in virum,
sed esse in silentio. Exemplum in di-
vis, in Maria virgine Luc. 1, Respxit
humilitatem ancilla sue, fecit mihi ma-
gna qui potens est & sanctum nomen ejus:
in humanis in Rutha hoc loco & Annæ
uxore Elcanæ 1. Sam. 1. Subjectionem
requirit in Hagare Sara Gen. 16, prestat*

K S eandem

eandem Sara erga Abrahamum mari-
zum 1. Pet. 3, Abigail erga Davidem 1.
Sam. 25, Maria Magdalena erga Chri-
stum Ioh. 20, mulieres reliqua Matth. 28.
Fastus reprehenditur in vasthi conjugi
regis Ahasveri Esther. 1, in Herodiade
Mar. 6. Pulcre Paulus in instructione ami-
ca & exemplo accommodo Eph. 5, Mulieres
viris suis subditæ sint sicut Domino, quem-
admodū vir caput est mulieris, sicut Chri-
stus caput est ecclesia, ipse Salvator cor-
poris ejus. Sed sicut Ecclesia subjecta est
Christo, ita & mulieres viris suis in omni-
bus. Et de Verecundia iudicium Plautus
quog in Asinaria, Decet verecundum
esse adolescentem. Et in Bachidib. Nā
ego illum perisse duco, quo quidem
perijt pudor. Vnde Cicero in partit.
oratorijs, custos virtutum omnium,
dedecus fugiens & tandem maxi-
mam consequens, verecundia est.
Et lib. 4. de repub. Magnam habet
viam disciplina verecundiæ.

2. Modus regenerationis spiri-
tualis & cōversionis ad Deum, pri-
mò, relinquere parentes suos, & terram
patriam

patriam propter Christum & evangelium
Mar. 8, etiam amicissimos postponere
confessioni fidei, & que Dei sunt ac salutis
eterna anteferre omnibus bonis hujus mū-
di, veluti Ruth Noemi adhærens verè
credenti, Arafna hostiam & lignum com-
modans Davidi sacrificaturo Deo 2. Sam.

24, Naaman Syrus Deos suos relinquens
& Leo vero Israëlis se aggregans, ac duo
onera terra sancta petens 2. Reg. 5: Magi
ab oriente Matt. 2, Greci ab occidente Io-
han. 12, Eunuchus à meridie Act. 8. Se-
cundò venire ad populū Deo notum, hoc
est, ad ecclesiam, coram mundo spretum &
abjectum cætum, adeoq; incognitū impijs,
se aggregare & membrum vivum fieri in
agnitione veri Dei & apprehensione pro-
missionis de semine venturo, exhibito &
applicatione ejusdem ad gentes quoque
omni tempore, quemadmodum laphet ha-
bitat in tabernaculis Sem, se associat A-
brahamo Abimelech, Iosepho Pharao, Da-
vidi Arafna, eidem & filio ejus Salomo-
ni Hiram Tyrius, Elisa Naaman, Be-
thulie sibus Achior Chaldeus Iudit: 5. & 6,
aposto-

apostolis gentes undig^g, dispersæ 1. Pet. 1,
multi in regno Antichristi luce evange-
lii exciti & ad gremium ecclesie vera in
gemitu ac lacrimis currentes. Tertio
confugere sub alas veri Dei, in firmitate
fidei gratiam in evangelio oblatam acci-
pere, beneficia Christi sibi in fiducia ap-
plicare, accedere ad thronum gratie, &
in nomine filii patrem cœlestem per S.
Sanctum invocare, ei gratias agere, viri-
liter agere, in novitate vite ambulare, es-
se constantem in confessione, patientem
sub cruce, & spe certissima adire heredi-
tatem aeternam. De hoc confugio Moses
Deut. 32, circumduxit & docuit, & custo-
dixit quasi pupillam oculi sui: sicut aquila
provocans ad volandum pullos suos &
super eos volitans, expandit alas suas &
assumxit eum & portavit in humeris suis.
Dominus solis dux ejus fuit, & non erat
cum eo Deus alienus. Et David Psal. 17.
sub umbra alarum tuarum protege me à
facie inimicorum, qui afflixerunt me. Lo-
cus insignis Malach. 4. Orietur vobis
timentibus nomen meum Sol justicie &
sani-

sanitas sub pennis ejus. Hinc exultatio
Davidis Psal. 18, Diligam te Domine for-
titudo mea, Dominus firmamentum meū,
& refugium meum, & liberator meus.
Deus meus, adjutor meus & sperabo in
eum: protector meus, & cornu salutis meæ,
& susceptor meus. Et 91. Qui habitat in
adjutorio altissimi, in protectione Dei
cœli commorabitur: dicet Domino suscep-
tor meus es tu, & refugium meum, Deus
meus, sperabo in eum. Quoniam ipse libe-
ravit me de laqueo venantium, & à ver-
bo aspergo: scapulis suis obumbrabit tibi,
& sub pennis ejus sperabis, scuto circum-
dabit te veritas ejus, non timebis à timo-
re nocturno. De hoc refugio Iacob Gen.
28. in voto, predicit in Rutha Boas cap.
2, sibi applicat David Psal. 70. Deus in
adjutorium meum intende, ad adjuvan-
dum me festina, & Zach. 14 fugietis ad
vallē montium eorum, quoniam conju-
getur vallis montium usq; ad proximum.
In sententia contraria Christus Matt. 23,
Ierusalem, Ierusalem, que occidis Prophe-
tas & lapidas eos qui ad te miseri sunt, quo-
ties

ties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Optimum igitur querere Dominum dum inveniri potest, & invocare eum dum prope est: derelinquere viam suam insipiam & cogitationes suas iniquas ac reverti ad Dominum, forsitan miserebitur nostri, & ad Deum nostrum quoniam mulcus est ad ignoscendum Esa. 55. Optimū relinquere parentes & omnia hujus mundi in discrimen ponere: venire & praeoccupare faciem Dei in exultatione Psal. 95, verè pænitendo ac osculando filium, ecclesiam intrare in laudibus cum sanctis Dei, seq. abscondere sub aliis Dei & ejus tutela se committere ut salus contingat hic & illuc. Hac initia habens & his medyis insistens, verè regeneratus est per S. Sanctum, verè conversus ad Deum, & credens in Christum beatitudinis aeterna particeps fit Iohann. 3. & 6.

3. In Boa humanitas comprecedo optima alijs & diligendo inimicum suū.

ut Rutham peregrinam & Moabiticam mulierem. Gravis execratio Deut. 23. Ammonites & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt ecclesiam Domini in aeternum, quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via, quando egressi estis ex Aegypto: & quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Mesopotamia Syria, ut malediceret tibi, & noluit Dominus Deus tuus audire Baalam, veritq. maledictionem ejus in benedictionem tuam eò quod diligeret te. Non facies cum eis pacem, nec quaras eis bona cunctis diebus vita tua in sempiternum. Vera etiam vox Dei Exod. 20, Ego sum Dominus Deus tuus fortis Zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generatione in eorum, qui oderunt me. Sed sequitur mitigatione in resipiscientib. ibid. Et faciens misericordiam in millia his, qui diligunt me & custodiunt precepta mea. Unde & limitatio in lege Deut. 24. Non morientur patres pro filiis, nec filii pro patribus, sed unusquisq. pro peccato suo,

suo, cuius exemplum etiam in politiciis 2.
Reg. 14, 2. Par. 25. Hinc expositio vera
Christi Matt. 5, Ego dico vobis, diligite
inimicos vestros, benefacite his qui ope-
runt vos, orate pro persequentibus & ca-
lumniantibus vos, ut sicut filii patris vestri
qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit
super bonos & malos & pluit super justos
& injustos. Et hac ratione verè pius in
Deum ac officiosus erga Rutham Boas
agnoscitur, cuius vix simile exemplum,
nisi in paucissimis, ut Iosepho amante &
benefacente fratribus suis proditoribus,
Divide unicum Domini honorante Sau-
lem hostem extremum, Christo orante pro
crucifigentibus, Stephano deprecante cul-
pam lapidantium, Paulo qui inter hostes
suos distinguit 2. Tim. 4, Alexander era-
vius multa mala mihi ostendit, reddet il-
li Dominus secundum opera ejus, quem &
tu devita, valde enim restitit verbis no-
stris. In prima mea defensione nemo ad-
fuit mihi, sed omnes me dereliquerunt,
non illis imputetur. Vere conversi non ex-
hibeamus membra nostra arma iniqui-
tatis

ratis peccato, sed exhibeamus nos Deo
tanquam ex mortuis viventes, & mem-
bra nostra arma justicia Deo. Peccatum
enim nobis non dominabitur, non enim sub
lege sumus sed sub gratia, Rom. 6. Spiritu
Dei ducti Rom. 8, spiritu vivamus, spiri-
tu ambulemus Gal. 6: deponamus secun-
dum pristinam conversationem veterem
hominem, qui corruptitur secundum desi-
deria carnis in errore: renovemur autem
spiritu mentis nostra, & induamus novum
hominem qui secundum Deum creatus est
in justicia & sanctitate veritatis, Eph. 4.
Mortificemus membra nostra, quæ super
terram sunt, & induamus sicut electi Dei
sancti & dilecti viscera misericordiae
Dei, benignitatem, humilitatem, mode-
stiam, patientiam, supportantes invicem
& donantes vobis met ipsis, si quis adver-
sus aliquem habet querelam: sicut & Do-
minus donavit nobis, ita & nos. Super
omnia hæc charitatem habeamus quæ est
vinculum perfectionis & pax Christi ex-
ultet in cordibus nostris, in qua & vocati
sumus in uno corpore & gratissimus Col. 3.

De compensatione bonorum operum ac plena mercede dictum ante a ex Luca cap. 6, pietas enim ad omnia utilis est, præmia habens hujus & futuræ vite 1, Tim. 4. Et ut hilarem datorē diligit Dominus 2, Cor. 9, ita magna remunerationis est Ebre. 10, in quam & Moses afflictus cum populo Dei respexit Ebre. 11. Bonum igitur facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes: & si non reipsa saltē comprecatione amica, ut Boas erga Rutham.

5. Affectio in declaratione Rutha, quæ ait, inueni gratiam apud oculos tuos Domine mi, qui consolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non sum similis unius puellarum tuarū. In suppressione Boas, Dixitq; ad eam Boas, quando hora vescendi fuerit, veni huc & comedere panem, & intinge buccellam tuam in aceto.

Notetur. 1. Pars prima gratitudinis, veritas a cognoscens & recēsens beneficia præstata, de qua & ante dictum est, & simile exemplum

exemplum in Maria virgine Matre Domini Luc. 1, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Magnificat anima mea Dominū, & exultavit spíritus meus in Deo salutari meo, qui a repxit humilitatem ancilla sue. Confessio libera mētem gratiam arguit, & Deus ad beneficia majora provocat, Nunquā enim mēs humana tam avida est ad accipiendum, quam Deus ad dandū, Taulero teste. Idem & in Boa cōspicitur, qui modestè beneficia sua supprimit, de aliis relationē cōtinuat, ut Ruth puellis suis non tantum se adjungat, & de aqua gustet & sarcinulis, sed & cāna fruatur comedendo panem & intingendo buccellam in acetum more gentis, ut in locis calidioribus.

2. Cāna frugalis veterum, qui parvo contenti fuere. Panem & vinum profert Sem Melchisedech rex in Sālē, Sacerdos Dei altissimi Gen. 14: aquam spondet ad lavandum pedes, & buccellā panis ad confortandū cor Abrahā Gen. 18: azyma coquit Lotus Gen. 19. Grande convivium parat Abrahā, in die ablactationis Iсаac: suis esculetis & haustu vini gaudet Iсаac Gen. 27,

De compensatione bonorum operum ac plena mercede dictum antea ex Luca cap. 6, pietas enim ad omnia utilis est, premia habens hujus & futuræ vite 1, Tim. 4. Et ut hilarem dñtorem diligit Dominus 2, Cor. 9, ita magna remunerationis est Ebrie. 10, in quam & Moses afflictus cum populo Dei respexit Ebrie. 11. Bonum igitur facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes: & si non reipsa saltē compreicatione amica, ut Boas erga Rutham.

s. Affectio in declaratione Rutha, quæ ait, inueni gratiam apud oculos tuos Domine mi, qui consolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non sum similis unius puellarum tuarū. In suppressione Boa, Dixitq; ad eam Boas, quando hora vescendi fuerit, veni huc & comedere panem, & intinge buccellam tuam in acetō.

Noteatur. 1. Pars prima gratitudinis, veritas agnoscens & recēsens beneficia præstata, de qua & ante dictum est, & simile exemplum

exemplum in Maria virginē Matre Domini Luc. 1, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Magnificat anima mea Dominū, & exultavit sp̄itus meus in Deo salutari meo, quia respexit humilitatem ancille sue. Confessio libera mētem gratiam arguit, & Deus ad beneficia majora provocat. Nunquā enim mēs humana tam avida est ad accipiendo, quam Deus ad dandū, Taulero teste. Idem & in Boa cōspicitur, qui modestè beneficia sua suppressim̄, de aliis relationē cōtinuat, ut Ruth puellis suis non tantum se adjungat, & de aqua gustet & sarcinulus, sed & cōna fruatur comedendo panem & intingendo buccellam in acetum more gentis, ut in locis calidioribus.

2. Cōna frugalis veterum, qui parvo contenti fuere. Panem & vinum profert Sem Melchisedech, rex in Salē, Sacerdos Dei altissimi Gen. 14: aquam spondet ad lavandum pedes, & buccellā panis ad confortandū cor Abrahā Gen. 18: azyma coquit Loth Gen. 19. Grande conviviū parat Abrahā, in die ablactationis Iсаaci: suis escutis & haustu vini gaudet Iсаac Gen. 27,

EXPLICATIO.

largior Moses ob convivas plures letrone
socero eum accedente Exod. 18, inter con-
vivas armum ponit ante Saulem Samuel
videns 1. cap. 9, in conventu populi Da-
vid collyridam panis & assaturam bubule
carnis & similam frixam oleo distribuit
2. Sam. 6. De festivitate celebri Salo-
monis 1. Reg. 8, de convivio magno Ahas-
veri regis Esth. 1. videatur: Christus Ser-
vator è culina sua panem promit & pici-
culos paucos, discipuli de pisce asso & fa-
vo mellis apponunt Luc. 24, modico vino
antea intermissione uti jubetur à Paulo Ti-
motheus 1. cap. 5. Refectionis largioru-
mmin liber 1. Sam. 30. Invenerunt vi-
rum Aegyptium in agro & adduxerunt
eum ad Davidem, dederuntq; ei panem
ut comedeleret & biberet aquam, sed &
fragmen masse caricarum, & duas lig-
turas vae passæ. Qui cum comedisset, res-
versus est spiritus ejus & refocillatus est:
non enim comedelerat panem, neque biberat
aquam tribus diebus & tribus noctibus.
Intinctionis in vinum acre, quod adsum
nobis est mare sumtum, mentionem facit

Home.

Homerus Odys. 6, ubi Nausicaa Alci-
noi regis filia Ulysses eo excipit, & ad po-
tum invitat hospitem. De autore Deo
& de delicijs hominum in donis Dei Da-
vid Psal. 104. differit, Producis fænum ju-
mentis, & herbam servituti hominum, ut
educas panem de terra, & vinum letificet
cor hominis & panis cor hominis confir-
met. Liberalitas hæc hominem Chri-
stianum decet, fidem ejus probat: omnemq;
benevolentiam apud indigentes conciliat,
& præmia sua habet hic & illic 1. Tim. 4,
& Eccle. 11. Mitte panem tuum super
transeuntes aquas, quia post tempora mul-
ta invenies illum, Da partes septem, nec
non & octo, quia ignoras quid futurum sit
mali super terram. Si replete fuerint nu-
bes, imbreu super terram effundent. Et
Tob. 12. Bona est oratio cum jejunio &
eleemosyna magis quam thesauros auri
recondere, quoniam eleemosyna à morte
liberat, & ipsa est qua purgat peccata, &
facit invenire vitam, hoc est, bona Dei
& prosperitatem, sive benedictionem Dei
in vita hac & remunerationem in altera.

L 3

non

non vitam eternam, ut male in versione antiqua Papistæ, & ex his theologi argutuli Lovanienses diversam lectio nem indicantes, ubi nulla est, & in Græco 70. interpretum legatur ὡς ποιῶντες ἐλεημοσύνας τῷ λαῷ θυσοῦται ζωῆς, quod in fraudem lectoris imperiti notandum.

III. Completio superiorum, &

1. In Rutha, sedit itaque ad messorum latus & congesit polenta nibi, comeditq; & saturata est, & tulit reliquias. Atque inde surrexit ut spicas ex more colligeret.

2. In Boa, Præcepit autem Boas dicens pueris suis, etiam si vobiscum metere voluerit, ne prohibueritis eam, & de vestris quoque manipulis projicite de industria & remanere permittite, ut absque rubore colligat & colligentem nemo prohibeat. Satis diligenter omnia, & quæ hactenus liberaliter concessa fuere, ea in opere strenue peraguntur.

Noteatur. 1. In Rutha studium cuiusq; faciendo officium suum, suo loco & tempore, in labore

labore præsertim rustico, veluti colendo agrum, ferendo semen & metendo fruges: spicas etiam colligendo pro egenis, viduis & pupillis. Probè se accingit Ruth, & initio factò de mane colligendo cura victus ducitur, cibos parat de frugibus collectis, comedit & saturatur, reliquias tollit & opus inchoatum à meridie urget in vesperam. Simile studium in Iacobo, de quo gloriatur ad Labanum sacerum Gen, 31, Viginti annis fui tecum, oves tuæ & caprae steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedí, nec captum à bestia ostendisti. Ecce damnum omne reddebam, quicquid furium peribat à me exigebas: die noctuq; & stuurgebar & gelu, fugiebamq; somnus ab oculis meis. Sicque per viginti annos in domo tua servivi, quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis. Immutasti quoq; mercedem meam decem vicibus. Nisi Deus patris mei Abraham & timor Isaac affuisset, forsitan modo nudum me dimisisses: afflictionem meam & laborem manū mearum respetuit Dominus & arguit te heri. Commen-

datur fides Eliezeris Syri servi Abra-
ham Gen. 15. & 24, falsarius deprehendit
Gibazi famulus Elisae Prophete 2.
Reg. 5. Similiter Anna uxor Tobiae in o-
pere textrino occupata est, dego mari-
sum sustentat Tob. 2: Paulus predicando
evangelium tapetiarum agit, & ne cui-
quam oneri sit, de suo vicitat Act. 18,
quemadmodum de eo gloriatur 2. Thess. 3.
Vnde de labore lob. 5. Homo natus est ad
laborem ut avis ad volandum, Et Sira. 7.
Non oderis laboriosa opera, & rusticatio-
nem creatam ab aliissimo. De fructu
Gen. 3. In sudore vultus tui vesceris pane
euo, Psal. 37. Inhabitā terram, & pasceris
in divitijs ejus: Et 128. Labores manuum
tuarum manducabis, beatus es & beneti-
bi erit. Prov. 10. Manus fortium divitias
parat: benedictio Domini super caput
justi, benedictio Domini divites facit, nec
sociabitur eis afflictio. Et 12. Qui opera-
tur terram suam satiabitur pambus. Car-
pitur pigritia in oscitantibus, cuius in-
fectatio Prov. 6. Vade ad formicam o-
piger, & considera vias ejus & disce sa-
pientiam.

pientiam. Et 19. pigredo immittit sopor-
rem, & anima dissoluta esuriet; abscondit
piger manum suam sub ascella, nec ad os
suum applicat eam. Item 21. Desideria oc-
cidunt pigrum, noluerunt enim quicquam
manus ejus operari: tota die concupiscit
& desiderat, qui autem justus est, tribuet
& non cessabit. Prov. 22. Dicit piger, leo
est foris, in medio platearum occidendum
sum, Et 24. per agrum hominis pigri
transivi & per vineam viri stulti, & ecce
totum repleverant urtica & operuerant
vineam ejus spina & maceria lapidum
destructa erat. Quod cum vidisses posui
in corde meo & exemplo didici discipli-
nam, Usquequo piger dormies, usquequo
de somno consurges? Parum inquam dor-
mies, modicum dormitabis, paucillum
manus conseres ut dormias & quiescas,
& veniet tibi quasi cursor egestas tua &
mendicitas quasi vir armatus. Carpi-
tur & τλεοεζα in avaris, cuius inse-
ctatio Prov. 10. Nil proderunt thesauri
impietas, Et 15. Melius est parum cum
timore Domini, quam thesauri magni &

L s insa-

saliabiles. Conturbat domum suam qui se-
datur avariciam, qui autem odit mune-
ra virum, c. 32. Melius est nomen bonum,
quam divitiae multae super argentum enim
et aurum gratia bona. Qui calumnia-
tur pauperem ut augeat divitias suas, da-
bit ipse ditione et egebit. Instructio ele-
gans Sir. 11. Est homo laborans et festi-
nans et dolens impius, et tanto magis non
abundabit: est homo mercidus, egens re-
cuperatione, plus deficiens virtute et ab-
undans paupertate, et oculus Dei respexit
illum in bono, et erexit illum ab humili-
tate ipsius, et exaltavit caput ejus, et mi-
rati sunt in illo multi et honoraverunt
Deum. Et c. 31. Beatus dives qui inventus
est sine macula, et qui post aurum non abiit,
neque speravit in pecunia et thesauris. Qui
est hic et laudabimus eum? Fecit nam mirabi-
lia in vita sua: probatus est in illo, et per-
fectus invictus est, et erit illi gloria eterna.

2. In Boa beneficentia in specie,
quia liberum permittit omne Rutha in
colligendo spicas, etiam metendo fruges:
pueris mandat ut spicas de industria re-
manere

manere sinant, sponte ad colligendum pro-
yiciat fruges de manipulis, nemo offendat.

Rara avis in terris, nigrog. simillima
cygno,

ita avaricia animum hominis obsidet: ve-
rum ut Siracides cap. 14. Nonne alijs re-
linques dolores et labores tuos? Beatus
qui in sapientia morabitur, et qui in ju-
sticia sua meditabitur et in sensu cogita-
bit circumspectionem Dei. Exemplo
Nabal durior lapide qui apoplexia corri-
pitur 1. Sam. 25: dives in horreis plenis,
cujus anima de nocte abripitur Luc. 12: e-
pulo dives at negligens Lazari, qui mo-
riens in inferno sepelitur, in tortura ver-
satur Luc. 16. Quare Deo dante, benedi-
ctione Dei ad necessitatem et voluptatem
fruamur, in gratiarum actione ad Deum,
bonoratione ministerij ecclesie, commoda-
tione proximi et sublevatione egeni, ut
Sir. 11. et 40. Quod autem ex beneficentia
singulari hoc loco Rutha concessum est, id
in universum non procedit, ut in se-
tem alienam quis falcam immittat, aut
pro jure spicilegium sibi vendicet deme-
tendo

tendo spicas selectiores frugum ferro vel
cultro in culmo , aut de manipulis spicas
evellendo, aut furtim manipulos totos au-
ferendo, aut in decimis fraudem admit-
tendo , ut nunc hominum mos est & con-
suetudo in defraudationem adducitur, &
experientia satis testatur. Nihil detrahi-
tur mandato divino , cui obsequendum
Deut. 24, nec prohibetur liberalitas in-
egenos, sed carpitur defraudatio , sive in
labore , sive in spicilegio , & obtenditur
praeceptum Dei, Non furtum facies, ut qui-
libet sua sorte contentus sit. Si quis eget,
legitime petat , & pro ratione dantis ac-
facultate substantiae accipiat. Honora
Dominum de tua substantia, & de primi-
tiis omnium frugum tuarum da pauperi-
bus , & implebuntur horrea tua saturita-
te, & vino torcularia redundabunt, Prov.
3: & 14. Qui miseretur pauperis , beatus
erit: honorat factorem, qui miseretur pau-
peris. Milder Hand nie gebrach! Tum
Ruth cognata proxima in marito , non
plane alienigena, quæ jus aliquod ad rem
babuit: benemerita erga Noemin so-

crum,

crum, cuius affinitate fruitur apud Boam
consanguineum : humana in ambiendo
spicilegio apud praefectum messorum, hu-
milis erga dominum agri , modesta in
se, & affabilis omnibus messoribus , quos
in spicilegio sequitur, humanitate antece-
dit. Non igitur ex quovis quidvis colli-
gendum & argumentandum, mandatum
Dei ad dominos in exhortatione , mode-
stia ad egenos in subjectione , amor mu-
tuus inter omnes in sublevatione & gra-
titudine.

III.

RELATIO MUTUA.

HAE C uita τας ζοφην λετα spicilegij
conclusionem facit, in qua

1. Collectio brevis operarum,
1. In spicilegio , collegit ergo in a-
gro usque ad vesperam ,
2. In excusione, Et quæ collegerat
virga cædens & excutiens, invenit
hordei quasi Ephi mensuram hoc est
tres modios.

3. In

3. In deportatione, Quos portans
reversa est in civitatem & ostendit
socrui suæ.

4. In traditione victus, Insuper pro-
tulit & dedit ei de reliquijs cibi sui,
quo saturata fuerat.

Notetur. Commendatio 1. prudentiæ &
conomicæ in agricultura colenda &
exercenda. Agrum proprium emit Abra-
ham, licet in sepulturam Sara & suorum
Gen. 23, arat in duodecim jugis Boum E-
lisaeus 1. Reg. 19. Serit Isaac in Gerari &
centuplum recipit Gen. 26, metit agrum
suū Boas, & fruges multas colligit Domi-
no benedicente Ruth. 2. In manipulos re-
dactæ segetes congregantur in horrea Ae-
gypti, omnisq; frugum abundantia in sin-
gulis urbibus condita est, tantaq; fuit ab-
undantia, ut arena maris coquaretur &
copia mensuram excederet Gen. 41. De
convehendis & reconducendis in hor-
rea frugibus Christus quoq; Servator no-
ster refert Luc. 12, Hominis cuiusdam di-
vitias uberes fructus ager attulit, & cogi-
tabat intra se dicens, Quid facio quod

non

non habeo quo congregem fructus meos?
Et dixit, hoc faciam, destruam horrea
mea & majora faciam, & illuc congrega-
bo omnia, quæ nata sunt mihi & bona
mea. De excussione frugum atque
purgatione per Gideonem iud. 7. habetur,
& Ruth. 3. Noëmis ad nurum ait, Boas
bac nocte aream hordei ventilat: quin
Ruth ipsa cap. 2. in agro quæ collegat
virga cedens & excutientis, invenit quasi
Ephi mensuram. Usus areæ divitis mon-
strat historia Iosephi Gen. 41, Crescebat
autem cotidie famæ in omni terra, ape-
ruitq; Ioseph universa horrea & vende-
bat Aegyptiis, nam & illos oppresserat fa-
mæ. Omnesq; provinciæ veniebant in
Aegyptum, ut emerent escas & malum in-
opie temperarent. Et Proverbi. 11. Anima quæ
benedit impinguabitur, & qui inebriat
ipse quoq; inebrabitur. Qui abscondit
frumenta maledicetur in populis, benedi-
cio autem super caput vendentium. Sic
Rutha indigens agrum alienum petit, in
bona venia spicas colligit ad vesperam,
virga excutit & quasi Ephî mensuram
complet

complet medinnum Misnicum, quem dominum deportatum ad socrus pedes devolvit. Usq; adeo omnia in agricultura sacra scripturæ diligenter annotat, nosq; in pane cotidiano parando attentos esse vult, ut partes præcipue in historia Ruth annotantur.

2. Elogij triti, Bonum est communicativum sui: jucundus enim homo, qui miseretur & commodat, differt, dedit pauperibus, justicia ejus manet in seculum seculi, cornu ejus exaltabitur in gloria Psal. 112. De bonis suis munera eligit & mittit Iacobus Esau fratri Gen. 32, de polenta sua concedit Ruth Noe mi cap. 2: de prædā capta hinc inde transmittit David 1. Sam. 30, dona invaticum poscit idem 1. Sam. 25, liberatiter cum alijs contribuit Barzillaius 2. Sam. 19, Magi ab oriente Matt. 2. mulieres Luc. 8, Joseph & Nicodemus Ioh. 19. Charitas enim benigna est, non querit quæ sua sunt, congaudet veritati, omnia suffert, credit, sperat, sustinet 1. Cor. 13. Quæ enim nostra sunt, ea & in proximi commo-

commodum cedant, nec David verbis duris abigatur, aut Lazarus per foribus divitis negligatur. Præceptum utile de parsimonia Salomonis Prov. 5. Bibe aquam de cisterna tua, & fluente putei tui, deriventur fontes tui foras & in plateis aquas tuas divide. Habero eas solus, nec sint alieni participes tui. Sit vena tua benedicta. Et Christi, colligite fragmenta, ne quid pereat Ioh. 6. & Mar. 8. Ut enim filii in mensa de pane comedunt, ita canes de micis cadentibus de mensa filiorum Matth. 15, & qui largè seminat, liberaliter metet 2. Cor. 9, imo qui potum aquæ frigide uni ex minimis dederit in nomine Christi non perdet mercedem suam.

II. Collatio mutua, &

1. Interrogatio Noëmis, tum in admiratione, Dixit ei socrus sua, Ubi hodie collegisti? & ubi fecisti opus? Tum in voto, sit benedictus, qui misertus est tui.

2. Responso Ruthæ in nominatione viri, Indicavitq; ei apud quem esset operata, & nomen dixit viri, quod Boas vocaretur.

Notetur.

1. Admiratio, quæ in grato homine, agnitione beneficiorum diuinus obtengentium. Eadem in verè Christiano iniunxit pænitentia, qua quis in se descendit indignum, se humilem prosternit coram Deo ut minorem cunctis miserationibus Dei, ut Jacob Gen. 32, David Psal. 116 Major enim bonitas Dei omni miseria nostra, in qua à Deo respicimur & auxilium indignis obvenit.

2. Votum signum benevolentia humana erga alios, Symbolum fidei Christiana, & comprecatio omnis boni in charitate mutua, ut paulo ante dictum est, Ob id colloquium hoc loco protrahitur in nominis præsertim expressione, qua annus Noëmis accenditur & amicitia uezus renovatur, omniaq; in spem latameruntur, bonumq; ex bono provenit, iii cap. 3.

III. Consociatio,

1. In propinquitate Noëmis, Cui respondit Noëmis, Benedictus sit à Domino, quoniam eandem gratiam, quam præbuerat vivis, servavit &

vit & mortuis, Rursumq; ait, propinquus noster est homo,

2. In prædicatione Ruthæ, Et Ruth, Hoc quoque, inquit, præcepit mihi, ut tamdiu messoribus ejus jungerer, donec omnes segetes metarentur.

1. Quod sua que sunt, mundus diligit Notetur.

unice prædicat summe, & in eo se oblectat omnium suavissime Ioh. 15. In turre Babylonica gloriatur posteritas Chami Gen. 11, pyramides miræ artis & altitudinis jactant Aegypti, Exod. 5, hortos Alcinoi regis Pheacum extollit Homerus, Alexandrum Magnum Græci, Carolum Magnum Germani, alijs alios, ut quod magnificum est in oculis hominum suscipiatur, in rebus stupendis inter miracula mundi recensetur, in personis præminenteribus inter Deos referatur, Baruch. 5. Longe aliter se res habet in sacris, & minimis operibus in recensione sua delectatur S. Sanctus, quod persona ecclæ veræ membrasint, Deum vere colant, & ipsa dicta ac facta fide in Christum mediato-

rem ac liberatorem Deo placeant. De cultu quidem Dei ac progressu ecclesie tempore Patriarcharum ac regum Canaan & Aegypti Moses scribit, verum multa quoque aëconomica interserit, & ea que parum speciosa sunt, & jocularia videntur nasutis, de cognitione Eva, risu Sare, complexu Rebecce, ambitione Lea & Rabelis ob maritum, & qua his similia sunt. Honestatamen omnia, inq. finem suum, ad conjugij dignitatem & usum si respiciamus, non ad mundi illecebras sed Dei ordinationem regulanda. Ex his colloquium est varium & mixtum, omnis tamen humanitatis plenum Noemis & Ruthae, omnisq. sermo sale conditus, ornamentiq. rhetorici constans, admiratione, comprehensione, dignitatu pluribus & festivis. Simile colloquium angeli cum Manoe patre Simsonis Iud. 13, & Maria virgine matre Christi Luc. 1. Hinc & contemta, quia simplex est, prædicatio Evangelij, de Christo crucifixo 1. Cor. 1: spreti & absteti apostoli, prætones verbi piscatores Matth. 4: ipsa etiam ecclesia cætus exiguus,

guus, vilis ac contemptus coram mundo. Et quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultam prædicationem salvos facere credentes. Quoniam & iudei signa petunt, & Graci sapientiam querunt: nos autem prædicamus Christum crucifixum, iudeis quidem scandalum, gentibus autem stultiam, ipsis autem vocatis iudeis atque gentibus Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Quia quod stultum est coram hominibus, sapientius est hominibus: & quod infirmum est coram Deo, fortius est hominibus 1. Cor. 1.

2. Comprehensio tertio iam repetita, in messoribus, Eoa, & Noemii. Ut autem benedictio à Deo proficiscitur Prov. 10, ita pax in ijs residet Job. 20, bona sequuntur corporalia & spiritualia, caduca & eterna ut de pietate 1. Tim. 4. Ut benedictio nem nanciscamur, Deo nos subiçiamus in vera conversione animi: ut pace perfruamur, fide nos erigamur in omni πεποιθήσαι applicantes totum Christum cum omnibus beneficiis suis, & πληροφορία accedentes

dentes ad thronum gratiae invocando
Deum in filio per S. Sandum. Benedi-
ctio in oratione dominica, tum quod ad
cultum divinum & internum in sanctifi-
catione nominis divini, adventu regni
Christi, & perfectione voluntatis Dei:
tum quod ad bonum humanum & exter-
num in pane cotidiano secundum bona &
dona in omnibus statibus, quibus Deus
nos coronat.

3. Collectio officiorum in familijs, quo-
rum primum memoria grata amicorum
in vita per beneficia debita, & in mor-
te per recordationem famae bona omni-
tempore. Secundum conservatio in cu-
ra propinquorum sive consulendo in
egestate, sive patrocinando in contra-
etione matrimonij, sive fovendo in se-
nectute ad sepulturam usq;. Tertium
delegatio stipis largioris in sustentatio-
nem ut hoc loco in spicilegio Ruthae quod
liberale & continuum à Deo concessum
predicatur singulariter. Huc convenit
certarum familiarum ob pietatem, hono-
ratem & sublevationem suorum

III. Con-

III. Consilium bonum

1. Dando, cui dixit socrus, melius
est filia mea, ut cum puellis ejus
exeas ad metendum, ne in alieno
agro quispiam resistat tibi.

2. Sequendo, Iuncta est itaq; puel-
lis Boæ, & tamdiu cum eis messuit,
donec hordea & triticum in hor-
reis conderentur, Et reversus est ad
socrum suam.

1. Correspondentia duo insignia in nego- Notetur.
cio perficiendo, consilium bonum & ob-
dientia promptæ. De utrisq; satis commode
Sira. 37. Cum viro sancto assiduus esto,
quemcumq; cognoveris obseruantem timo-
ris Dei, cuius anima est secundum animæ
tuam. Quicunque titubaverit in tene-
bris, non condolebit tibi. Et cor boni consi-
lii statue tecum, non est enim tibi aliud
plus illo. Anima viri sancti enunciat
aliquando vera, quam septem circumspe-
ctores sedentes in excelsø ad speculan-
dum. Et in his omnibus deprecare altissi-
mum, ut dirigat in veritate viam tuam.
Ante omnia opera verbum verax antece-
dere

M 4

date

dat te, & omnem ante actum consilium
stabile. Verbum nequam immutabit cor,
ex quo partes quatuor oriuntur, bonum &
malum, vita & mors, & dominatrix illo-
rum est assidua lingua. Vir peritus mul-
tos erudit & anima sua suavis est: qui
sophistice loquitur, odibilis est, in omnin
defraudabitur, non est enim illi data à
Deo gratia, omni enim sapientia defrau-
datus est. Est sapiens anima sua sapiens,
& fructus sensus illius laudabilis. Vir
sapiens plebem suam erudit, & fructus
sensus illius fideles sunt. Vir sapiens
implebitur benedictionibus, & viden-
tes illum laudabunt. Hactenus Siracu-
des. Et qui consulit alium inopiam suam
accusat, & hominis miseriam ex lapsu
primorum parentum deplorat: qui conse-
lit alteri, divitias suas de thesauro suo
depromit, & Dei vicem obtinet in bo-
nitate ejus larga declaranda, ut homo
bomini Dei sit, ejusque saluti suc-
currat Deo sic ordinante & operante
mirabiliter. In œconomia rixa & con-
tentione exorta inter pastores, pacifice
Abra-

Abraham cum Lothro cognato transigit
Genes. 13, inque medium consulit, Loth
amicus consilium non negligit & ad Iordanem recedit: in politia sedente Mose
ut judicet populum à mane ad vesperam
cum molestia summa, Iethro sacer assistens
agre fert & rationem bonam prescribit
Mosi Exod. 18, ut ipse in divinis presto
sit Domino, in humanis tribunos & cen-
turiones, quinquagenarios & decanos
ordinet, qui judicent populum omni tem-
pore: in Ecclesia Moses ductor populi
& doctor in Israel multum se excusat,
quod impediti oris & tardioris lingue
sit Exod. 4, ut Aaronem fratrem satis
verborum & eloquentie Deus ei ad-
jungat, ac cap. 7. Mosen Deum Pharaoniu-
m, Aaronem Prophetam ejus nominet
propter miracula futura, ostenta & pro-
digia. Consiliarius nominatus & pro-
rex Joseph est Aegypto Gen. 41, proximus
à consiliis Davidi Achitophel 1. Sam. 16,
deficiens post ad Absolonem 1. Sam. 17.
Vir prudens valde laudatur Ionadab filius

M S. Semiae

Semie fratri Davidis 1. Sam. 13, sed in causa mala ac mali exempli: fidus longitudo est & constans 1. Sam. 20, erga Davidem, quem Saul pater persequitur in-digne. Fidissimi David in Psalmis, Salomon in proverbijs, Sirach in libro suo exponet. Nostrum omnia probare, quod bonum est tenere & sequi, ut Lotus facit, Moses, David, Ruth, Maria mater Christi Luc. 1, ut vera sit & maneat conclusio Tobiae senioris ad filium cap. 4. Consilium semper a sapiente perquirere, omni tempore benedic Deum, & pete ab eo ut vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant.

2. Modestia & obedientia inferiorum erga superiores in execundo ad laborem & revertendo domum, cuius documentum insigne in Rutha hoc loco, in Anna uxore Tobiae cap. 2, in Maria matre Domini Luc. 1, Præscriptio luculenta Sirach. 9. Noli circumspicere in vicis civitatum, nec oberraveris in plateis illarum. Et 41. Disciplinam in pace conservate filij. Prov. 10, egestatem operatur manus

manus remissa, manus autem fortium di-vicias parat. Eccles. 9. Quodcumq[ue] face-re potest manus tua, constanter operare. quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos quo tu prope-ras. Et hæc de capite secundo in historia Ruthæ, in quo persona præcipue quinque prima Boæ, in quo bona animi, corporis, & fortune commendantur, distributio o-perarum in agro, humanitas in salu-tando & compreendo, diligentia in in-spiciendo, munificentia erga Rutham. Secunda Ruthæ sponsæ future, in qua pietas honorandi suos & alienos, mo-destia in adeundo, humanitas in peten-do, diligentia in colligendo, gratitudo in procidendo, & subiectio in admis-sione gratuitæ. Tertia Noemis, in qua ex-emplum bona disciplinæ domesti-cæ gubernandi suos, & deprecandi ad optimæ in omnibus consilijs. Quarta ser-vorum ac ancillarum, in quibus subje-catio erga herum, humanitas in respon-dendo amice. Quinta prefeti messorum, in quo prudentia procurandi omnia bona Domini sui.

CAPUT TER- TIVM.

Summa

Connubia conciliantur inter Boam & Rutham instinctu Noemis. Actor regens Deus est autor conjugij. Primo ponitur consilium Noemis bonum at calidum satis more sexus fæminei, cui Ruth consentit. Secundo subcittur factum Ruthæ ad prescriptum Noemis, quod ut honestum Boas agnoscit, at suspicionem aliorum malam declinare studet. Tertio sequitur accessus uriusq., & Ruth ad Noemin promissa connubia cū alijs referit.

I. CONSILIVM NOEMIS.

Consilium malum cōsultori pessimum, at bonum consulenti optimum hoc loco. Et Noemis bene cupiens Ruthæ ob pietatem, fidem, & modestiam, in oratione sedata uitit

I. Exordio, in quo

1. H̄os in benevolentia, Filia mea.

2. Eudæ

2. Euprædicta, Quæra n tibi requie, & providebo ut bene tibi sit. Bene & opposite omnia, inq, Latonica brevitate, ut bene fferandum sit de amore socrus erganurum, deg, eventu rei gerenda in posterum. Alias prima coitio acerrima, sed Deo fortunante bene eveniunt omnia, quemadmodum Rom. 8. Scimus autem quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Quid autem requies sit in provisione, paulo post in facie eventu patebit

II. Narratione, secundum

1. Ante, Boas iste, cuius puellis in agro juncta es, propinquus noster es, & hac nocte aream hordei ventilat.

2. In, Lavare igitur & ungere, & induere cultoribus vestimentis, & descende in aream, non te videat homo, donec esum, potumq; fuerit.

3. Post, Quando autem jerit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat, veniesq; & discooperias pallium, quo

quo operitur à parte pedum, & projicies te & ibi jacebis. Ipse autem dicet quid agere debeas,

Notetur.

1. Ius propinquitatis quod apud Iudeos summe observatum & pie cultum fuit, tunc propter cognationem sanguinis inter se obligatione naturali, veluti in familiae Iobi cap. 1, & Davidis 2. Sam. 13: tum propter successionem in bonis obligatione civili, veluti in tribubus Israel & stirpis Iudei in primis inter Salomonem & Nathanem filios Davidis 2. Reg. 11. & 2. Paralip. 22: tum propter connubia in certis familiae contrahenda. Num. 30, veluti inter Noemin & Boam Ruth. 3. Ius nostra propinquitatis universale in protoplasto parente Adamo consistit, cuius semen mulieris caput serpentis contritum promissum fuit, Gen. 3: particulare in altero parente Noa, cuius filius Iaphet in tabernaculis Semi habitaturus est Gen. 9: Singulare in Christo sub gentium expectatione Gen. 49, radice lesse signo populorum Esa. 11, erit enim ut omnis qui invocet nomen Domini salvus sit, quia in monte

monte Sion & in Ierusalem salvatio, sicut dixit Dominus, & in residuis, quos Dominus vocat Ioe. 2. Is datus in foedus populi & in lucem gentium, ut aperiret oculos cœcorum & educeret de conclusione vindictum, de domo carceris sedenies in tenebris Esa. 42: omnes ad se vocat laborantes in peccatis & oneratos ira Dei, ut consolatione evangeli refocillet & in merito suo requiem veram in conscientia bona communicet Matth. 11. Is filius hominis venit querere & servare quod perierat Luc. 19, exaltatus in ara crucis omnes ad se trahit Ioh. 12.

2. Honorabile sit connubium in omnibus & thorbus immaculatus, fornicatores enim & adulteros judicabit Deus, inquit autor ad Ebraeos cap. 13: mulierum quoque non sit extrinsecus capillatura aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui absconditus est cor dis, homo in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples, lenocinia varia sunt, animus candidus optimus & culus vestitus decens.

Ad

Ad fallendum Iudam se accingit Thamar
in Sela filio ejus juniore neglecta, & de-
positis virginitatis uestibus assumit ter-
strum & mutato habitu sedet in bivio inn-
eris, ad unum coitum concipit & surgens
abit Gen. 38. Ad jungendum se cum Boa
propinquo, ac contrahendum connubium
instinctu Noemis Ruth nurus se lavat, um-
git se balsamo precioso, & uestes induit
cultiores: à socru edocta sponsum ambulet
in subiectione demissa, pallium operit à
parte pedum, & se proyciendo ibi dormit
donec voti compos fiat. Alia alia melior,
procax videtur Thamar, civilior habe-
tur Ruth, nec factis sed causa factires
ponderanda, nec etiam peccata vel vicia
patrum pallianda sed pallio dilectione te-
genda. Suus cuique mos, ratio & defensio,
simplex & rectum custodiant nos Psal. 25.

3. Descriptio convivij largioris in uestiis
& potu, adeoque usu recto sex rerum non na-
turalium conjunctim, in quo usu & san-
tas corporis humani consistit. Ebrius est
Nos vini potentia nescius Gen. 9, Loth
Gen. 19: ut bellus se injurgitat Nabal.

Sam. 25

1. Sam. 25, bibit & temulentum se exhibet Hela rex Israel 1. Reg. 16. Abutitur magnificencia sua Balthasar indulgens genio & vasa templi Hierosolymitani prophanans Dan. 5, haud melior Holofernes in castris suis Iudit. 13. vino somnoq; sepultus, epulo dives Luc. 16, Sardanapalus & Heliogabalus Imperatores. Convi-
vium amicum sale scientia conditum optimum, cena frugal is in modico & bono sanitati maxime conductit, qualis Abraha Gen. 18. Mosis Exod. 18. Davidis 2. Sam. 6. Lazarus 1oh. 12. Elogium insigne Psal.
37. Modicum justi melius divitijs pecca-
torum multorum. Prov. 16. Melius est parum cum justicia quam multi fructus
cum iniquitate. Eccl. 6. Melius est vide-
re quod cupias quam desiderare quod ne-
scias, item 9. Vade ergo & comedere in la-
ticia panem tuum & bibe cum gaudio vi-
num tuum, quia Deo placent opera tua.
Omni tempore sint vestimenta tua candi-
da, & oleum de capite tuo non deficiat.
Perfruere vita cum uxore quam diligis,
cunctis diebus vita instabilitatis tua, qui
dati

N

HAKOBA
194 EXPLICATIO.

dati sunt tibi sub sole omni tempore vanis tue. Hæc est enim pars in vita, & in labore tuo quo laboras sub sole.

III. Confirmatione ex loco effectuum, quod omnia bene & ex sententia procedunt, Rutha cōsentiente, Quicquid præceperis faciam, Deo fortunante in omnibus, que secundum vocationem in obedientia erga superiores suscipiuntur, in statu ecclesiastico i. Cor. 3. Itaq; neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Qui plantat autem & qui rigat, unum sunt: unusquisq; autem propriam mercudem atcipiet secundum suum laborem. In politico & œconomico Psal 127. Nisi Dominus edificaverit domum, in vanum laborant qui edificant eam: nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Vanum est vobis antelucem surgere, cum dederit dilectis suis somnum.

II. FACTVM
RUTHÆ.

LIBRI RUTH. 195

HOC promtum & paratum, Descenditq; in aream, & fecit omnia quæ imperaverat ei socrus. Fit auementio, quid acciderit

1. Quod ad Rutham, &

1. In occasione commoda, cumq; comedisset Boas & bibisset, & factus esset hilarior: iisetq; ad dormendum juxta acervum manipolorū.

2. In facto ipso, venit abscondite, & discooperto à pedibus pallio ejus se projectit.

3. In eveniu adverso, Et ecce nocte jam media expavit homo & turbatus est, vidiq; mulierem jacentem ad pedes siuos, & ait, Quæ es? Illaq; respondit, Ego sum Ruth ancilla tua, expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es.

1. Repetitio regula convivalis in frugitate comedendo & bibendo, ad satietatem non modo sed & voluptatem, immo hilaritatem animi. De eadem Eccle. 8, Laudavi igitur laticiam, quod non esset

N 2 boni-

HOMINI bonum sub sole, nisi quod comedet & biberet, atq. gauderet, & hoc solum secum auferret de labore suo omnibus diebus vita sua, quos dedit ei Deus sub sole, Et Sira. 31. Ut er quasi homo frugi his quae tibi apponuntur, ut non cū manducas multum odio habearis. Sufficiens est homini erudito vinū exiguū, & in dormiendo non laborabis ab illo & nonsenies dolere. Vigilia & cholera & tortura viro infunido, somnus sanitatis in homine parco. Dormiet usq. mane, & anima illius cum ipso delectabitur. Et si coactus fueris in edendo multum, surge è medio & vomere, & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatem, Sira. 31.

2. Laus verecundiæ in Boa, qui ad ingressum mulieris de nocte expavescit, ad concubitum conturbatur, & castitatis amans omnem speciem mali aversatur, ac fugit Deum timens. Memor enim est præcepti sexti, Non mæchaberis Exod. 20: memor precum psalmista 119. Averte oculos meos Domine, ne videant vanitatem: memor sententia iudicialis Ebre. 13. Fornicatores & adulterios ju-

ros judicabit Deus. Aristoteles objecti ratione in vicio ponit, Cicero custodem virtutum facit: laudatur ut signum bone indolis in juvenibus, quemadmodum ille apud Comicum: Erubuit salva res est: culpatur in senibus, quod eorum falli & turpi a perpetrare non sit, nec esse debeat, juxta illud Catonis,

Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum.

Admonitio omnium optima Pauli Col.

4. In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt tempus redimentes. Et Phil. 4. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus, qualis in Boa verecundo ad conspectum mulieris, & in Rutha humili ad pedes se proiecidente ancillam: qualis & in Maria marie Christi ad conspectum angelis, seq. ancillam Domini agnoscente Luc. 1. & in Maria sorore Lazari ad pedes Christi sedente & audiente ejus cōciones Luc. 10.

3. Exemplum rarum contrahendi matrimonium, initio à fæmina sumto, ut satis noëmatice sit dictum illud Virgilij Aenei. 4.

Dux femina facti.

Accipit quidem Hagar Ismaeli filio uxorem Aegyptiam, sed ut mater Gen. 21: Abraham Isaac Rebeccam de cognatione sua, sed ut pater Gen. 24. Verum nubere puellam aut feminam viro, haud legitur in sacris præter in historia Ruthæ, ubi consiliarius per Noemin S. Sanctus, actrix Rutha nurus. Lex Deut. 25. sublevare videtur, Quando habitaverint fratres simul, & unus ex eis absque liberis moriuitus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater ejus & suscitabit semen fratris sui, & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, ut non deleatur nomen ejus ex Israël. Quare legum Mosaicarum latinæ & abrogatio probe tenenda est, ne quid vis pro libitu arripiamus. Lex enim moralis quia aeterna Dei sapientia & regula iusticie in Deo est obligans omnes homines, manet nobis omnibus prescripta ad finem usque mundi, ut Deum iustum & vindicem scelerum agnoscamus penitentia.

penitentes in pedagogia singulari ad Christum ducamur, & sic à maledicto legis liberati ad vitam aeternam seruemur Gal. 3: habeamus etiam in prescritione legis moralis normam & catalogum bonorum operum, ut est Ezech. 20. in preceptis meis ambulate. Hac ratione decalogus abrogatus quod ad justificationem, manet quod ad obedientiam. Contra lex ceremonialis & forensis abrogata prorsus, quia certo populo data & ad tempus certum, donec semen veniret Gal. 3, Ebre. 10. Matth. 18, nisi quis genus spectet in pietate & honestate, non speciem in circumstantia. Sie Sabbatum colitur, sed die octavo: furum punitur non restitutione quadruplicata, sed suspensione, quod crescentibus delictis in fecibus mundi crescant & pena. Ad connubia spectare videntur filie Zelaphethad Num. 27, possessionem inter cognatos patris sui requirentes, impeignant à D E O, & traditur in sorte suis Ios. 17.

4. Reverentia S. Sancti, qui de opere

conjugij castissime sentit, loquitur & scribit. Gen. 25. Abraham vero aliam duxit uxorem, nomine Cethuram, que peperit ei Zamram & lessan. Et 16. Tulit Sara Hagarum Aegyptium ancillam suam & dedit eam viro suo uxorem. Qui ingressus ad eam, at illa concepisse se videns, aespexit dominam suam. Item 21. Visitavit autem Dominus Saram sicut promiserat, & implevit, que locutus est, concepitq; & peperit filium in senectute sua tempore, quo prædixerat ei Deus. Vocavitq; Abraham nomen filij sui, quem genuit ei Sara Isaac. & circumcidit eum octavo die, sicut precepérat ei Deus, eum esset centum annorum. Hac quippe etate patris natus est Isaac. Dixitq; Sara, risum fecit mihi Deus, & quicunq; audierit, corridebit mihi. Rursumq; ait quis auditurus crederet Abraham, quod Sara lattaret filium, quem peperit ei, jam seni? Crevit igitur puer & ablactatus est, fecitq; Abraham grande convivium in die ablactationis ejus. Satis etiam verecunde Gen. 4. Adam vero cognovit uxorem suam Edam,

que

que concepit & peperit Cain, rursumq; peperit fratrem ejus Abelem. Ambit honeste Ruth, expande pallium tuum super ancillam tuam, quia propinquus es. Liberius paulo Gen. 33, Eodem tempore descendens ludas à fratribus suis divertit ad virum odollomitam nomine Hiram, viditq; ibi filiam hominis Chanaei vocabulo suo. Et accepta uxore ingressus est ad eam, que concepit & peperit filium, & vocavit nomen ejus Her, rursumq; concepto fœtu natum filium vocavit Onan, tertium quoq; peperit quem vocavit Sela, quo nato parere ultra cessavit. Similiter 1. Sam. 4. Nurus autem ejus uxor Phinees pregnans erat, vicinag; partui, & audito nuncio quod capta esset arca Dei & mortuus esset sacer ejus & virsus, incurvavit se & peperit. Irruerant enim in eam dolores subiti. Pie admodum Tobias junior cap. 8. Tunc locutus est, Sara exurge & deprecetur Deum hodie & cras & secundum cras, quia his tribus noctibus Deo jungimur. tertia autem transacta nocte in nostro erimus conju-

N 5 gio: fe

gio : filij quippe sanctorum sumus , & non possumus conjungi sicut gentes , qua ignorant Deum . Non minus pie Gabriel angelus Luc. 1. Ne timeas Maria , invenisti enim gratiam apud Deum , ecce concipies in utero & paries filium & votabis nomen ejus Iesum . Et cap. 2. Factum est autem cum esset ibi , impleti sunt dies ut pareret , & peperit filium suum primogenitum , & pannis eum involuit , & reclinavit eum in praesepio , quia non erat ei locus in divisorio . Casta haec mente sunt meditanda , castis auribus percipienda , quemadmodum & illud Noemis ad nrum suu . Quæram tibi requiem & providebo ut bene sit tibi . Non enim de delicijs , qua in conjugio nullæ sunt , aut certe exiguae , loquitur : sed de fine ordinato , quod non bonum hominem esse solum , bonum autem hominem habere adjutorium simile sibi Gen. 2 : melius sit nubere quam uri , & propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat & unaquaq; virum suum i. Cor. 7 : optimum latari cum uxore adolescentia sua , cerva carissima & gratissimo

tissimo hinnulo , cuius ubera inebriant omnitempore , & in amore ejus delectatur vir jugiter Prov. 5. Eccl. 9. De hac requie providere & prospicere vult Noemis Rutha , omne consilium in hanc directum , donec in actum deveniat . Huc elogium insigne Sira. 26. Mulier bona beatus vir , numerus enim annorum illius duplex : mulier fortis oblectat virum suum , & annos vita illius in pace implebit . Pars bona mulier bona , in parte bona timentium Deum dabitur viro , pro factis bonis . Commoda igitur plura requies in conjugio secū trahit , ut quis in bona conscientia ordinatio Dei agnoscat , amet & amplectatur , in certo vel certa se oblectet jugiter , quodq; adjutoriu in labore vel fulerū in casu habeat sciat ; sciat & unde victus requiratur , vel appareatur , quo pes movendus , manus applicanda , vel caput reclinandum : unde posteritas surgat , res familiaris crescat , omne bonū adveniat , & jucunditas hauriatur , Domino fortunatae Prov. 18. Ps. 128. II. Quod ad Boam ,

i. In benedictione , Et ille , benedicta ,
inquis

*inquit, es à Domino, filia, quæ priori
rem misericordiam posteriore su-
perasti. Ratio à fide conjugali, Quia
non es secuta juvenes pauperes si-
ve divites.*

*2. In consensione, Noli ergo metue-
re, sed quicquid dixeris mihi, facia.
Ratio ab honesto, Scit enim omnis
populus, qui habitat intra portas
urbis meæ, mulierem te esse vir-
tutis.*

*3. In distinctione, Nec abnuo me
propinquum, sed est alius me pro-
pinquier. Quiesce hac nocte, & fa-
cto mane si te voluerit propinquu-
tatis jure retinere, bene res acta
est: sin autem ille noluerit, ego te
absq; ulla dubitatione suscipiam,
vivit Dominus. Dormi usq; mane.*
Multa hic insunt ponderanda diligenter.

Notetur.

*1. Humanitas in Boa erga Rutham
quam filiam nominat affectione singula-
ri, benedictam prædicat non in se sed à
Domino, quod priorem misericordiam po-
steriore superarit hoc est, verè pia, humi-*

*li ac modesta mulier in omni genere vir-
tutum se exercuerit. Hac humanitas fi-
dem declarat, benevolentiam conciliat,
alijsq; etiam superioribus se commendat:
est benedicta à Deo remuneratore omnis
boni hic & illie 1. Tim. 4. Omnis huma-
nitatis studiosus Deum timet superiorem,
modestus est etiam inferiori benecupiens,
beneficus est studia sua, bona ac dona alij
referens, ut de Charitate Paulus 1. Cor.
13. Exemplum in Boa, qui verbis bonis
animum Ruthæ demulcit, annuit petitio-
ni honestæ, rationem monstrat, de propin-
quitate disputat: in Davide, qui re ipsa
idem Ionathæ in posteris rependere studet:
in Barzillao, qui beneficj certat cum
Davide etiam exule, dicit & reducit:
in centurione, qui populum Dei amat,
synagogam Iudaorum exædificat, Christo
confidens laudem omnipotentiae ei tribuit
Luc. 7.*

*2. Decus puellare, submissam se ge-
vere in omni pudore ac verecundia, non
expatiari in omnia loca, per plateas dis-
currere, tabernas visitare, ac loca suspedita
lenonum*

lenonum ac eauponum ad consecrandos
jauenes intrare : sed domi manere , rem
familiarerem administrare , colum trahere
vestes linceas nere , & veluti Venerem A-
pelleam super testudinem consistere . Egit
ditur Dina filia Lee , ut puellas regionis
illius videat , conspicitur à Sichem filio
Emor , rapitur astu , ut comprimitur & de-
cuss puellare amittit , non sine ignominia
sui , liuore fratrum , & merore parentum
Gen. 24. Modestior Rebbecca rem fami-
liarem patris cum fraire Labano procre-
rans , aquam apportans , & hospitibus pe-
regrinis hauriens Gen. 24: Lea & Ra-
hel filia Labani , uxores Iacobii , observan-
tes patrem in pascendis gregibus , & obse-
quentes marito in curanda re domestica
Gen. 29 & 31: Sara filia Raguelis , ut ex-
precatione ejus appareat Tob. 3. Mode-
stissima Maria virgo , mater Domini
ancillam se coram Deo agnoscens , festi-
nanter ad Elisabetham amitam conten-
dens , eiq. inserviens , & ad sua rediens
tandem , omnis pietatis , humanitatis &
modestiae exemplum memorabile . Et hoc
est

est quod Boas de Rutha prædicat , scit o-
mnis populus , qui habitat intra
portas urbis meæ , mulierem te es-
se virtutis . Quod in litera consentit cum
illo Terentij in Adelphis act. 3. Sce. 3.
Homo antiqua virtute & fide , in spi-
ritu absonum est , quod opera sanctorum fa-
de in mediatorem fiant & à S. Sancto di-
rigantur , in gloriam Dei , ecclesiæ utilita-
tem , proximiq. commodū Rom. 14. Matt. 5.

3. Cura famæ bonæ habenda pro-
pter testimonium ad alios , & conscientiam
bonam in sese . De ea Cicero i. offic. Ne-
gligere quid de se quisq. sentiat , non solum
arrogantis est , sed etiam omnino dissoluti .
Et in Lilio , Non est negligenda fa-
ma , nec mediocre telum ad res ge-
rendas existimare oportet bene-
volentiam civium . Est hominis in-
genui & liberaliter educati , velle
bene audire à parentibus , à propin-
quis , à bonis etiam viris : & futu-
ræ post mortem famæ , etiam de-
tracto usu , consulendum est , ut
idem 3. de Finibus . Similiter Pub-
lius Mimus , Bona opinio homini
tutior

tutior pecunia est. Et : Honestus rumor alterum est patrimonium. De eadem Salomon Prov. 15, Bona fama impinguat ossa. Commendatur à fama hoc loco Ruth, quod mulier sit virtutis : Iudith cap. 8. famosissima, quoniam timeat Dominum valde, nec sit qui loquatur de illa verbum malum. Fama Salomonis cietur regina austri 1. Reg. 10. ut Hierosolymam veniat & exclamat. Major est sapientia & opera tua quam rumor quem audiri : populus undique confluens ad Christum, cumque predicans ob doctrinam Matt. 7. & ob miracula Mar. 7. Omnia benefecit, surdos fecit audire & mutos loqui. Et Luc. 7. Exiit sermo in universam ludam de eo, & omnem circum regionem. De bona fama Paulus que monet Phil. 4. De cetero fratres, quacunq; sancta, amabilia & bona fama, si qua virtus, si qua laus disciplina, hanc cogitate. Quare fama bona studendum est diligenter, ut benevolentiam aliorum nobis conciliamus, conscientia bona fruatur, & alacres simus in cursu evangelii ac die judicij extremo.

4. Aſſeratio Boe in compromiſſo, non ex levitate jurandi, ſed in confirmationem cauſe fideliter peragenda. Similis forma in cauſa ſalutis noſtræ Ezech. 33. Vivo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris : ſed ut convertatur & vivat. Et Ioh. 6, Amen, Amen dico vobis, qui credit in me habet vitam eternam : ac 16, Amen Amen dico vobis, quicquid pertinet patrem in nomine meo, dabit vobis. Omnino igitur non jurandum pretermittim ex levitate & ſine cauſa, ut Iaco. 5. & Matt. 5. monemur, niſi magistratus legitimus in cauſa dubia ad veritatem exquirendam modo legitimo imponat, niſi etiam in cauſa ſalutis officium requirat, quemadmodum Paulus Rom. 9. de Zelo ſuo erga fratres Ebreos, Rom. 11. 2. Cor. 1. Phil. 1. Apoc. 10. angelus levat manum ſuam ad cœlum, & jurat per viuentem in ſecula ſeculorum.

5. Naturæ opera facienda ſunt obſervati sex rebus non naturalibus, in quibus hominis ſalus externa, corporis & valetudo prospera ac ſana conſiftit. E& autē primò

aer libero ductu perflans ab oriente & septentrione maxime propter temperaturam bonam in corpore efficiendam, & ceremoniam miram si quid pestilens infusus absundendum & corrigendum. Secundo, cibus & potus, sicut boni succi, odoris ac saporis, nec non moderatus in debita quantitate & qualitate, pro loci ac temporis ratione ad corporis vires instaurandas. Panis purus, caro recens, piscis, saxatilis, aqua fontana, vinum, eos, boni coloris, odoris & saporis: cerevisia non adeo tenuis, butirum bene paratum, caseus paucus & natus. Tertiò repletio moderata ad necessitatem corporis ac animi voluptatem potius, quam ad crapulam & ingluvem naturae inimicam ac noxiā, evacuatione conveniente utpote per abstinentiam deambulationem, aut somnum corrigandam, donec aliqua concoctio fiat, & natra à malo adjuncto se liberet, quod omnia obstructio infirmitatis, adeoque mortis causa sit. Quartò, motus lenis in exercitationem sui non fatigationem, ad corporis vigorem excitandum non corrumpendum

In contrario calidis naturis quies convenit, frigidis commotio suo loco & tempore adhibita ante prandium vel cœnam maxime. Quintò, somnus & vigilia in usu suo legitimo, per somnum enim justum & de nocte concoctio fit, superfluitates corporis perpurgantur, spiritus regenerantur, calor fortificatur, humidum radicale augetur, totusque homo agilis, habilis ac fortis ad res suas peragendas redditur. Contraria est vigilia, & ipsa ad multa utilis in labore manuum & sudore faciei, in studio artium ac philosophiae, medicinae aut jurisprudentiae, addatur meditatio verbi divini, assiduitas precum & scriptio aliqua in causa religiosae ac salutis eternae. Res age, tutus eris, & oocia dant vicia, inquit poëta:

lejunes, vigiles, sitiæ, sic reumata cures.

Sextò, affectio animi, qua omnem in partem varia ac mirifica, & contraria contrarijs curanda, ne vehemens in tyrannidem & segnis in torpore abeat, unde illa

EXPLICATIO

212

misica demulcenda, s^epe etiam ludicris,
haec colloquio multo & exercitio commodo
excitanda. Regimen sanitatis in do-
mo inter suos instituit Boas, ordinem in
re familiari sancit: messis instat, prafici-
tur lanus inspecto & director, mittitur
falx in segetem, & in agro opera fuit
strenue, libero sub caelo etesius spirantibus,
donec in area hordeum ventilet dominus
agri de nocte. Adjungit se pueris Ruth,
spicas legit, & virga excutit quantum
potest. Haec prodromia seria in officio cu-
jusq;. Sequitur esus, potusq;: acerabulum
cum acetō apponitur, panisq; qui intinga-
tur. In apparatu frugali polentiam confi-
cit Ruth, saturatur & reliquias colligit,
quas Noemi socrui communicat: vasa ex-
tant aqua dulci plena, è quibus mes-
sores & Rutha adjuncta pueris Boa bibat,
ad sitim extinguendam. Lautius aliquo
modo vivit Boas dominus in comedendo
& bibendo, ut repletus hilarior fiat, fron-
tem exporrigat, animum sumat. Oper-
densantur, labor continuatur in segete de-
metenda & spicas residuis colligendis, do-

nec vox

LIBRI RUTH.

213

nec nox appetat, & somnus obrepat. Est
locus pro re nata ad dormiendum desti-
natus juxta acervum manipulorum, cu-
bitum it ad dormiendum Boas: venit ab-
scondite Ruth, & discoerto à pedibus e-
jus pallio se proiecit & dormit usq; mane,
vel ad noctis abscessum. Casus intervenit
in affectione animi, & nocte jam media
Boas excitatur in pavore, vidensq; mulie-
rem conturbatur: querit, & re cognita si-
ne dolo, acquiescit, de veritate instruit,
liberaliter ac cian bona gratia dimittit.
Ruth ancillam se agnoscit, Boas filiam vo-
cat donec domum ejus intret materfami-
lias, mulier virtutis non consecans juve-
nes pauperes sive divites. Quid illu-
strius? quid incundius? quanta philo-
sophia? quam diligens observatio sex re-
rum non naturalium, ab abusu hominū sic
dictarum, in aere libero agri, cibo & potu
frugali, repletione hilari, labore debito
officij, somno grato licet interrupto, & af-
fectione animi mira sive iuxta.

Philosophia domestica non sine Notetur.
theologia practica, commendata sit

O 3

doctri-

doctrina physica fundamentum medicinae
salutaris ad corporis constitutionem di-
gnoscendam, valetudinem explorandam
& sanitatem conservandam, in grata &
agnitione Dei, prolongatione vita & com-
modatione aliorum, ut David Psal. 118.
Non moriar sed vivam & opera domini
narrabo, præsertim cum & Deus ipse vita
nostra gaudeat Ezech. 33, vita nostra sit
& longitudo dierum nostrorum Deut. 30.

III. Quod ad utrosq.

1. In evigilatione Ruthæ, Dormivit
itaq; ad pedes ejus usq; ad noctis
abscessum, surrexitque antequam
homines se cognoscerent mutuo.

2. In declaratione Boæ, Et dixit Boas,
cave ne quis noverit quod hic ve-
neris. Et rursum expande inquit pal-
lium tuum, quo operiris & tene u-
traq; manu: qua extende & te-
nente, mensus est sex modios hor-
dei, & posuit super eam.

Notetur.

1. Tempus somni, quod naturaliter
horarum septem secundum philoso-
phos, ob studia continuanda & quod au-

tori

rorum Musis amica sit, operasq; artificum
manuariorum antevertere deceat: no-
vem secundum medicos & Galenum ob
corporis sanitatem, ut vires firmiores sint
& animus vegetior in cogitationes in-
tendatur melius. Interdum longius
in naturis languidis ac infirmis, unde som-
nus etiam conciliandus in morbis ad hu-
mores feculentos ac maliciosos disuicien-
dos ac consumendos, prout morbus se ha-
bet. Interdum brevius pro necessitate
homini in operibus perficiendis, vel nego-
cijs expediendis, vel itineribus suscipien-
dis, unde proverbium De mane consi-
lium, &.

Sex hora tanu rebus tribuantur agendis

Vivere post illas litera Zita monet.

Usque ad mane dormire jubetur Ruth, ve-
rum ad noctis abscessum surgit, ante-
quam se homines mutuo agnoscent, quod
pudoris est matronalis in causa valde su-
specta. Per angelum admonitus Ioseph &
necessitate compulsus de nocte surgit, ac-
cepit puerum Iesum & matrem ejus, & fu-
git in Aegyptum Matt. 2.

O

2. Di-

2. Distinctio temporis in signa,
quod ad faciem cœli Matt. 16, Luc. 21: in
tempora, quod ad festa, omnemq; cultum di-
vinū Exo. 23, Nu. 28 & 29: in dies, quod
ad circuitum solis in idem punctum addi-
tamento cursus proprij adjecto redeunti:
& in annos, juxta cursum solis in Zodia-
co duodecim mensibus exactis annumerata-
tis, ut ratio tota integre sibi constet, per-
agratum Gen. 1. Subdistinctio diei in
naturalem 24 horarum, de quo ante: &
in artificiale, qui mōra solis super ha-
misphērium nostrum 12 horarum circa a-
quinocchia, & eidem nox correspondet par-
tes suas habens definitas, crepusculum
sols discedente, concubium in prono-
cte, media nox in canticino, & dilu-
culum in aurora incipiente. Congruit
huc distinctio Christi Mar. 13, Vigilate,
nescitis enim quando Dominus domus ve-
niet, sero an media nocte, an galli cantu,
an mane. Constat igitur Rutham, ante-
quam homines se agnoscerent muruo sur-
gētem sub gallicinio evigilasse, ad redditū
se accinxisse quam primum, & paulo post
in crepusculo domum rediisse ad Noëmin.

3. Φιλοκαλία

3. Φιλοκαλία in Boa, qui honestatis
studiosus omnem suspicionem mali decli-
nat, & ne quis mulierem sub pallio ejus la-
titasse cognoscat diligenter cāvet, quem-
admodum Paulus monet 1. Thess. 5, ab o-
mni specie mala abstinet eōs: liberali-
tatis erga egenos, propinquos p̄fertim
memor, pro facultatibus donat, quantum
Ruth secum comportare potest. Virtutes
hę cognatae sunt, & altera alteram sequi-
tur in aurea catena, inter Christianos in-
primis. Ordinem suum servat Aristote-
les, ut 4. Nicom. à fortitudine initium
sumat, hinc ad temperantiam progredia-
tur, aliasq; virtutes περιτταῖς, donec ad
diaconias libro 6, perveniat. Cicero à
prudentia orditur, hinc ad justiciam, for-
titudinem & temperantiam. Initium sa-
pientia spiritualis timorem Dei facit Da-
vid Psal. iii. Salomon Prov. 1, Siracides
cap. i. ulteriores gradus Petrus ponit 2.
cap. i. Vos autem curam omnem subinfe-
rentes ministrare in fide vestra virtutem,
in virtute autem Scientiam, in Scientia
autem abstinentiam, in abstinenzia au-

O S

tern

EXPLICATIO

218

tem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternalis, in amore autem fraternitatis charitatem. Hac enim si vobiscum absint & superent, non vacuos nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Iesu Christi cognitione. Cui enim non presto sunt hac, cœcus est & manu tentans, oblivionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum. Quapropter fratres magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Hec n. facientes non peccabitis aliquando. Anq[ue]nta virtutum in hac & altera vita Paulus considerat i. Corinth. 13. Si habuero prophetiam & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est: non emulatur, non perpet-

vam

LIBRI RUTH.

219

ram agit, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniq[ua]tate, congaudet autem veritati, Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excedit, sive prophetie evanescuntur, sive lingue cessabunt, sive scientia destruetur. Nunc autem manent Fides, Spes, Charitas, tria hæc, major autem horum est charitas. Deum honorans Abraham est, patrem observans Isaac, sua curans Iacob: proximi amans Ionathas, castitatem colentes Ioseph & Susanna, beneficentia studiosi Barzillajus & Abigail: cupiditatibus imperant Tobias pater & filius. Instructio præclara Davidis ps. 34, Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diverte à malo & fac bonum, inquire pacem & persequere eam. Oculi Domini super justos, & oures ejus in preces eorum: vulnus autem Domini super facien-

EXPLICATIO

facientes mala, ut perdat de terra memoria-
riam eorum. De fine Salomon Proverbiis 3.
Fili mi ne obliviscaris legis meæ, & prece-
pta mea cor tuum custodiat: longitudi-
nem enim dierum, & annos vita, & pacem
apponent tibi. Misericordia & veritas te
non deserant, circumda eas gutturi tuo &
describe in tabulis cordis tui, & invenies
gratiam & disciplinam bonam coram
Deo & hominibus. Exemplo Boas homo
potens & magnarum opum, pius, honestus,
ac liberalis Ruth. 2 & 3. Ruth pia, mode-
sta, & industria cap. 1. & 2, mulier virtu-
tis cap. 3, Boa teste.

III. DISCESSVS
RUTHÆ.

HIC prosper & felix in relatione mu-
tuajuxta

I. Deportationem, Quæ portans in-
gressa est civitatem & venit ad so-
crum suam. Commendatur decus puel-
lare & matronale in redeundo domum
post labores exhaustos ad suos, quemad-
modum

LIBRI RUTH.

modum & superius dictum est, & ex Luca
cap. 1. de Maria virgine visitante Elisa-
betham.

II. Relationem mutuam,

1. Noemis, Quæ dixit ei, quid egisti
filia?

2. Ruthæ, Narravitq; ei omnia,
quæ sibi fecisset homo, Et ait, Ecce
sex modios hordei dedit mihi, &
ait, nolo vacuam te reverti ad so-
crum tuam.

1. Unio, quod omnia sibi bene constant, Notetur.
ut Nurum Noemis filiam agnoscat, conira
illud omnes socrus oderunt nurus:
Ruth Noemin veneretur, eiq; se subijciat,
narretq; omnia ab initio ad finem, ut inde
socrus concludere possit quò res evasura
sit. Boas etiam laudem beneficentia conse-
quitur, ut qui propinquorum pauperum
memor sit, de facultatibus suis eos suble-
vet, & quid pium, honestum, ac lauda-
bile sibi ob oculos ponat. Exemplum in-
signe amicitie perfectæ, de qua & ethnicz
scripsere, Manilius lib. 2,

Idcirco

EXPLICATIO

*Idcirco nihil ex semet natura creavit
Pectore amicitia majus, nec rarius un-
quam. Terentius in Adelphis.*

*Vetus verbum hoc quidem est,
Communia esse amicorum inter se o-
mnia. Et quod Christus inimicos diligere
nos monet Matth. 5, id non minus elegan-
ter quam vere expressit Menander hoc
versu,*

*Μισθύτα Φίλει, καὶ Φιλάνθρωπος Φίλει,
Qui te odio habet, ama: & qui te a-
mat, deama. Huc laus amicitiae apud Ci-
ceronem in Lælio. Est is amicus, qui
est tanquam alter idem. Et: Ami-
cicia nihil aliud est, nisi omnium
divinarum, humanarumq; rerum,
cum benevolētia & charitate sum-
ma consensio. Item 1. de Natu: Deorum,
Carum ipsum verbum est amoris,
ex quo amiciciæ nomen est du-
ctum, quam si ad fructum nostrum
referemus, nec ad illius commoda
quem diligimus, non erit ista ami-
cicia, sed mercatura quædam utili-
tatum suarum. Prata & arua & pe-
cudum*

LIBRI RUTH.

cudum greges diliguntur isto mo-
do, quod fructus ex eis capiuntur:
hominum charitas & amicitia gra-
tuita est. Et ad Appium lib. 3. epist.
Famili. Violare amicitiam apud
majores nostros nefas erat. Melius
& certius Salomon Prov. 17. Omni tem-
pore diligit qui amicus est, & frater in
angustijs comprobatur. Et 18. Vir amica-
bilis ad societatem, magis amicus erit
quam frater. Item 27. Melior est vicinus
juxta quam frater procul. Sira. 6. Ami-
cus si permanserit fixus, erit tibi qui si co-
qualis, & in domesticis tuis fiducialiter
agat. Amicus fidelis protectio fortis, qui
invenit illum invenit thesaurum. Amico
fidi nulla est comparatio, & non est di-
gna ponderatio auri & argenti contra bo-
nitatem fidei illius. Amicus fidelis medi-
camentum vita & immortalitatis, & qui
timet Dominum invenient illum. Et 27.
dilige proximum, & conjungere fide cum
illo. Vera igitur amicitia bonorum est,
amore & benevolentia conciliatur, nec
utilitate sed facilitate ac constantia in
bonitate

bonitate animi ac officiis mutuis probatur, quemadmodum in paribus amicorum cernitur, Davidis & Ionathae 1. Sam. 18, Davidis & Hirami. 1. Reg. 5. Petri & Iohannis Luc. 22, Ioh. 18, 20 & 21. Act. 3. Pauli & Barnabe Act. 9. & 15.

2. Harmonia optima decalogi in prima tabula & præcepto tertio Exod. 23. Non apparebis in conspectu meo vacuus, eleemosynam præstabis in cultum Iwei, sustentationem sacerdotum & sublevationem pauperum: in secunda tabula & præcepto septimo Ruth. 3. Nolo vacuam te reverti ad socrum tuam, quin charitatis munia præstem, benefaciam propinquæ spicas concedendo & hordei modios sex communicando. Multa paucus comprehendit Deus lere, s. Circuite vias Hierusalem & aspicite & considerate, & querite in plateis ejus, an inveniatis virum facientem judicium & querentem fidem, & propitius ero ei, Hose, 6, Misericordiam volui & non sacrificium, sciemiam Dei plus quam holocaustum, Mich. 6. Indicabo tibi homo, quid sit bonum & quid

quid Dominus requirat à te, Utq[ue] facere judicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare coram Deo tuo. Fidem prædicat Paulus Rom. 3. & 4, opera urget Rom. 6. & 12, Phil. 1. Vobis donatum est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed etiam pro illo patiamini. Colos. 1. Gratias agimus Deo & Patri Domini nostri Iesu Christi, semper pro vobis orantes propter spem, qua reposita est vobis in cœlis, 2. Thess. 1. Gratias agere debemus semper Deo pro vobis fratres, ita ut dignum est, quemadmodum supercrescit fides vestra & abundat charitas uniuscujusq[ue] vestrum in invicem, 1. Ioh. 3. Hoc est mandatum ejus, ut credamus in nomine filij ejus Iesu Christi, & diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis. Quare non est, quod fidem nudam prædicemus ut impij Psal. 14, ea enim mortua Jaco. 2: Nec est, quod opera urgeamus ut hypocrite Matth. 7, ea enim sine fide peccatum Rom. 14: nec est, quod fidem charitate format am usq[ue] adeo ex collamus ut sapientia, Ecclesiæ in enchiridio & Can-

P. suis

sus in summa doctrine, non enim confundenda que disparata sunt, & effectus consequens in novitate vite à causa etiam instrumentalis quæ fides, longe distingendus in articulo justificationis, quod justus sua fide vivat Habac. 2. Nunc sine lege justicia Dei manifestata est, testificata à lege & Prophetis. In justia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes, qui credunt in eum. Non enim est distinctio, omnes enim peccaverunt & ex gent gloria Dei: justificantur autem gratis per gratiam ipsius, per redēctionem quæ est in Christo Iesu, quem propositus Deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius. Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non, sed per legem fidei. Arbitramur enim justificari hominem per fidem, sine operibus legis Rom. 3. Et Ephe. 2. Gratia est salvati per fidem, & hoc nō ex vobis: Dei donū est, nō ex operibus, ne quis glorietur.

111. Conclusiones

1. In consilio, Dixitq; Noemis, Expecta filia donec videamus, quæ res exitum habeat.

2. In ratione ab effectu, Neque enim cessabit homo, nisi compleverit quod locutus est.

Virtus fidei proxima & cum dilectione conjuncta, spes in omnibus bonis actionibus propter successum & eventum earundem. Conjungit Paulus 1. Cor. 13. Manent fides, spes, charitas: fides quæ applicat in presenti, spes quæ expectat in futuro, charitas quæ operatur intermedia, ex fide proficiscitur, spe se sustentat. Explicat idem Rom. 5, Iustificati fide pacem habemus ad Deum per dominum nostrum Iesum Christum, per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus & gloriarnur in spe glorie filiorum Dei. Non solum autem, sed & gloriarnur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spē, spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per S. Sanctum, qui datus est nobis. Duratione estimat 1. Cor. 13. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hec. Major autem horū est

Notetur.

EXPLICATIO

charitas, quod fides & spes hujus vite sunt tantum, charitas hujus & illius in gaudio & gloria ineffabili. In politicis actionibus sola spes hominem in miserijs consolari solet, inquit Cicero in *victiva 4. in Salustium.* Et Ovidius lib. 3. de Ponto.

Spes bona dat vires, animum quoq; spes bona firmat,

Vivere spe vidi, qui moriturus erat.

Rectius Salomon *Prov. 10. Expectatio iustorum leticia, spes autem impiorum peribit.*
Et 13. Spes, quae differtur affigit animam, lignum vita desiderium veniens. Rectius & Sirach, cap. 2, *Omne quod tibi applicatum fuerit accipe & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe, quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis.* Crede Deo & recuperabit te, dirige viam tuam & spera in illum. Timens igitur Deum ex animo fide certa se in arumnis erigat, spe bona optima quaq; expectet, fiducialiter agat & confortetur.

LIBRI RUTH.

cor eius: verax enim Deus est potens, qui qua vult facit in celo & in terra Ps. 145. omnia in bonum vertit & dat eventum prosperum his, qui diligunt eum & secundum propositum vocati sunt sancti Rom. 8. Sollicitus Isaac, qui eventus sponsaliorum ejus futurus sit, in agrum divertit orans Gen. 24: de victoria dubius contra Amalechitas Moses, montem ascendit, orat, & manus graves sublevante Aaron & Hur Exod. 17. Noemis Rutham expectare jubet & bene sperare, quod Boas non cessatus sit, donec facto compleat quod ore locutus Rut. 3: inter duas portas David sedet, & quid cum filio Absolone agetur expectat 2. Sam. 19, verum tristis exitus seditioni & immorigeri, de quercus pendet & lanceis confessus expirat. Anxie contristatur Tobias & Anna uxor eius ob filium Tobiam cap. 10, redditum procrastinatorem, sed reddit tandem uxoratus cum comite suo bene dotatus cap. 11. ludit in castra hostium pergens Bethulien, ses orare jubet cap. 9, vincit & victoriam preclaram reportat cap. 13. Adhortatio

HAKOBA
EXPLICATIO.

230

Davidis gravis Psal. 37, Spera in domino & fac bonitatem, inhabita terram & pasceris in diuinitatis ejus. Delectare in domino & dabit tibi petitiones cordis tui, revela domino viam tuam & spera in eo & ipse faciet, & ducet quasi lumen justitiam, & judicium tuum tanquam meridiem. Subditus es domino & ora eum. Consolatio insignis 1.Pet. 1. Virtute Dei custodimenti per fidem in salutem, partam revelari in tempore novissimo.

CAPUT QUADRUM.

Summa. CONCLUSIO sponsaliorum inter Boam & Rutham, in qua primò actio inter Boam & propinquam de prioritate & cessione, secundò jus cessionis in litera & exemplo, tertio matrimonium Boae cum Rutha, quartò genealogia Christi à Iuda patriarcha ad Davidem regem.

I. ACTIO

LIBRI RUTH.

231

I. ACTIO JURIDICA.

HAEC seria & ad matrimonij honorem spectans potissimum, in qua

1. Constitutio judicij

2. In iudice, Ascendit ergo Boas ad portam, & sedet ibi.

3. In partibus, Cumq; vidisset propinquum præterire, de quo prius sermo habitus est, dixit ad eum, declina paulisper & sede hic, vocans eum nomine suo, Qui divertit & sedet.

3. In testibus, Tollens autem Boas decem viros de senioribus civitatis dixit ad eos, sedete hic, Quibus residentibus locutus est ad propinquum.

1. Constitutio judicij legitimi Noretur. Secundum suas partes debitās, judicem causam cognoscētēm & sententiam ferentem: partes inter se de causa disceptantes, actorem litem intendentem, reumq; justē se defendantem: ac testes interessentes, sive ordinarios ut

P 4 assessa-

*assessores in judicio confirmando, inq.
commune consulendo, sive requisitos ut
testes proprios sic dictos ad causa veritatem
inquirendam, ejusdemque decisionem ex-
tremam.* Sententia insignis Aristote-
lis est πολιτικῶν lib. 4, De rebus uni-
versis lex est, de singulis magistra-
tuum judicium, Et Ciceronis 3. de le-
gibus, Videtis magistratus hanc esse
vim, ut praesit, praescribatque recta &
utilia, & conjuncta cum legibus. Ut
enim magistratibus leges, ita populo
praesunt magistratus: vereque dici
potest, magistratus esse legē loquen-
tē, legem autem mutum magistra-
tū. Verum cū de judicij sermo fiat, auto-
ritas eorum respicienda, de qua luculenter
scriptura sacra loquitur, & quid magis-
tratus judicarius sit, Paulus describit
Rom. 13. Dei minister est inquit, tibi in
bonum: si autem malum feceris time, non
enim frustra gladium portat. Dei mini-
ster est vindicta in iram ei, qui malum a-
git: Aphoristice Salomon Prov. 18. Frater
qui adjuvatur a fratre quasi civitas fur-

ma, &

*ma: & judicia quasi vestes urbium. Iudi-
cia distinguit in superius ad Deum,
& in inferius ad homines lethro so-
cer Mosis Exod. 18. Esto tu populo in his
qua ad Deum pertinent, ut referas qua di-
cuntur ad eum, ostendasque ceremonias &
ritum colendi, viamque per quam ingredi
debeant. Provide autem de omni plebe
viro sapientes & timentes Deum, in qui-
bus sit veritas & qui oderint avariciam: &
constitue ex eis tribunos & centuriones &
quinquagenarios & decanos, qui judicent
populum omni tempore. Quicquid autem
majus fuerit referant ad te, & ipsi mino-
ra tantummodo judicent leviusque sit tibi,
partito in alios onere. Distinctio judi-
ciorum apud Iudeos Matth. 5 indicatur
Christo interprete, Ego dico vobis, quia
omnis, qui irascitur fratri suo temere, reus
erit iudicio, quod in minoribus causis triū
virorum fuit, ubi reconciliacioni locus es-
set inter concertantes de levibus: qui au-
tem dixerit fratri suo Racca, reus erit
concilio, quod in gravioribus viginti
trium virorum fuit, ubi pro causa ratione*

P S multa

EXPLICATIO

multa infligebatur & pacificatio siebat inter dissidentes magistratus autoritate: qui autem dixerit fatue, reus erit gehenna ignis quam concilium majus seu ovéde eorum magnum adjudicabat, idemq; viorum sepiuaginta erat, ubi de religione & communi salute patrie contra blasphemos, palam impios, rebelles ac seditiosos judicabatur, idemq; constituitur Deut. 17. à Mose, repetitur 2. Para. 19. à losaphato. Locus judiciorum exprimitur 2. Esd. 3. ubi porta judicialis des Nahdethors mentio fit. Et Psalm. 137. Beatus vir, qui implevit desiderium suum ex ipsis, non confundetur cum loquetur inimicus suis in porta, Quin causam suam totam in porta peragit Boas Bethlemita. Rut. 4. Ad tribunal cœsaris sto, ibi me oportet judicari, inquit Paulus Act. 25: palatum suum habet Caiphas pontifex, prætorium suum Pilatus præses Iudeæ, nos curiam & arcem pro ordinatione magistratus. De tempore commodo lere. 21. legitur, Iudicante mane judicium & eruente vi oppressum de manu calvo

LIBRI RUTH.

calumniantis, ne forte egrediatur ignis indignatio mea & succendatur & non sit qui extinguat propter maliciam studiorum vestrorum. Vnde & proverbium, De mane consilium, precibus tamen prius dictis & concione aliqua, si fieri potest, audit a. In causas inquirendo, efficiens, autor & institutor, actor & promotor Deus est, teste Psal. 71. Deus judicium tuum regi da, & justiciam tuam filio regis, judicare populum tuum in justicia & pauperes tuos in judicio. Dan. 2. Sit nomen Domini benedictum à seculo & usq; in seculum, quia sapientia & fortitudo ejus sunt, & ipse mutat tempora & aera, transfert regna atque constituit, dat sapientiam sapientibus & scientiam intelligentibus disciplinam, ipse revelat profunda & abscondita, novit in tenebris constituta & lux cum eo est. Ipsius regnū, & potentia, & gloria in secula seculorum Amen Matt. 6. Quare non est potest as nisi à Deo Rom. 13. Et Christus ad Pilatum Ioh. 19. Non haberes potestatem adversus me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Mate-

Materia subjecta omnis anima potestari. sublimioribus subdita, & quidem necessitate non solum propter iram, sed & propter conscientiam. Ideo & debita redundunt, cui tributum tributum, cui vestigal vestigal, cui timor timor, cui honor honor Rom. 13. Forma vere delineatur Deut. 17. Postquam se derit in solio regni sui, describet sibi deuteronomium legis hujus in volumine accipiens exemplar a Sacerdotibus leviticis iuribus & habebit secum, legemque illud omnibus diebus vita sua, ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba & ceremonias ejus, que in lege precepta sunt. Nec elevetur cor ejus in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexteram vel sinistram, ut longo tempore regnet ipse & filii ejus super Israel. Et quæ quidem fugienda sint Exod. 23. habetur. Non suscipies vocem mendacij, nec junges manum tuam ut pro impio diccas falsum testimonium: non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in judicio plurimorum acquiesces sententia, ut à vero devies: pauperis quoq;

quoq; non misereberis in judicio. Levit. 19. Non facies iniquum quid, nec injustè judicabis: non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. Iuste judica proximo tuo. Non eris criminator nec susurro in populis, non stabis contra sanguinem proximi tui, ego Dominus. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum: non queras ultiōnem, nec mensor eris injuria civium tuorum. Diliges amicum tuum sicut te ipsum, ego Dominus. Deut. 24. Non occidantur patres pro filiis, nec filii pro patribus, sed unusquisque pro peccato suo morietur. Et 27. Maledictus qui pervertit judicium advene, pupilli, & viduae. Quæ vero facienda Es. 1. Manus vestra sanguine plena sunt. Laudamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere perverse, discite beneficare, querite judicium, subvenite oppresso, judicate pupillo, defendite viduam, & venite & arguite me dicit Dominus. Zech. 7. Iudicium verum, judicate & misericordiam

EXPLICATIO

diam & miserationes facite unusquisq;
cum fratre suo: Et viduam & pupillum
& advenam & pauperem nolite calum-
niari, & malum vir fratri suo non cogi-
ret in corde suo. Item 8. Loquimini ve-
ritatem unusquisq; cum proximo suo. Ve-
ritatem & judicium pacis judicate in
portis vestris, & unusquisq; malum contra
amicum suum ne cogitetis in cordibus
vestris, & juramentum mendax ne di-
ligatis. Omnia enim hec sunt, que odi-
dicit Dominus. De fine Mosi conciona-
tur letro Exod. 18. Si hoc feceris, imple-
bis imperium Domini, & præcepta ejus
poteris sustentare, & omnis hic populus re-
vertetur ad loca sua cum pace. Prover.
29. Rex qui judicat in veritate paupe-
res, thronus ejus in æternum firmabitur.
Concio gravissima pro & contra A-
mos s. legatur. Non igitur res de ni-
bilo & contemptibilis sit iudiciorum con-
stitutio in oculis Anabaptistarum,
qui omnem etiam magistratum annihi-
lant ac rejiciunt, iudicium suum ij ha-
bent apud Deum, de quo Petrus & Pau-
lus, hic

LIBRI RUTH.

bus, hic Rom. 13. Itaq; qui resistit pote-
stati, D E I ordinationi resistit: qui au-
tem resistunt, sibi damnationem acqui-
runt. Ille cap. 2. Magis eos, qui post car-
nem in concupiscentia immundicie am-
bulant, damnationemq; contemnunt au-
daces, sibi placentes sectas non metuunt
introducere blasphemantes, ubi angeli
fortitudine & virtute cum sint majo-
res, non portant adversum se exacer-
bile iudicium. Quid Core, Dathan
& Abiran seditionis acciderit, videa-
tur Num. 16, terra vivos deglutit: quid
Absolomi rebelli, 2. Sam. 18, de quers-
cu pendet & tribus lanceis confuditur
à Ioabo: quid Theude, quid Iude Ga-
lilao, Act. 5, occisi sunt, periere, & o-
mnes quotquot consenserunt eis, di-
spersi. Quare dys non detrahendum
quicquam, nec principi populi maledi-
cendum Exod. 22: subiecti estote omni
humana creature propter D E V M,
sive regi quasi præcellenti, sive duci-
bus tanquam ab eo missis, ad vidictam
malefactorum, laudem vero honorum.

Omnies

Omnis honorate, fraternitatem diligite,
Deum timete, regem honorificate 1.Pet. 2.
2. Circumspectio in rebus agen-
dis ac perficiendis, quod Boas locum
judicij non detrectat & portam more so-
lito adit, ibi q̄ sedet iudex populi sui: pro-
pinquum videns prætereuntem, eundem
declinare ad se iubet ac assidere, & quod
omnium primum nomine suo um enomina-
re dignans honoris titulo sine dubio adje-
cio: decem viros accersens sive asse-
sores judicij sive testes cause, cum propin-
quo agere incipit. Omnia humanitatis
plena, ut nihil supra, de qua tories in ex-
emplis & præscriptione Pauli Phil. 4. do-
cemur. Non igitur ἀσεβοι simus omnem
humanitatis sensum exuentes, nec etiam
πικρόχολοι alijs difficulter consentientes,
aut morosi in omni congregazione amica,
qualis Timon Atheniensis, vel Thrax
quispiam, Nabal 1. Sam. 25. Affabiles si-
mus & benigni, comes & alijs de bono no-
stro communicemus, ut Paulus vult Rom.
12, qualis Cimon prædicatur Milthadis
filius apud Gracos, Abigail 1. Sa. 25, alijs.

3. Obe-

3. Obædientia in propinquuo Boe ac
senioribus populi, qui haud gravatim
imperata faciunt, & ad causæ actionem
conferunt quæ possunt. Agnoscitur bene-
volentia contribulium, submissio propin-
qui & reverentia seniorum nobis in ex-
emplum, ut omnibus nos insinuemus,
cum omnibus quantum in nobis est pacem
colamus Rom. 12. Lissipa gentes, quæ bel-
la volunt, orat David Psal. 68: quæ pacis
sunt sectemur, monet Paulus Rom. 14, non
enim dissensionis sed pacis Deus est 1.Cor.
14. Amica vox Abrahe ad Lothum Ge-
nes. 13. Non quæso sit iurgium inter me &
te, inter pastores meos & tuos, fratres n.
simus. Ecce universa terra coram te est,
recede à me obsecro. Si ad sinistram je-
ris ego dextram tenebo: si tu dextram
elegeris, ego ad sinistram pergam. Pulcre
de Iosepho refertur Gen. 45. Dimisit ergo
fratres suos & proficiscentibus ait, Ne
irascamini in via. Et cap. 50. ipse Jo-
seph se declarat, Nolite timere, num Dei
possimus resistere voluntati? Vos cogi-
tastis de me malum, sed Deus verit illud

Q

in b9=

in bonum, ut exaltearet me sicut in praesencia cernitis & saluos ficeret multos populos. Nolite timere, ego pascam vos & parvulos vestros, consolatusque est eos, & blande ac leniter est locutus, & habitavit in Aegypto cum omni domo patris sui. Quid de Ionatha 1. Sam. 18. Et factum est, cum complevisset loqui David ad Saul, anima Ionathae conglutinata est anima David, & dilexit eum Ionthas quasi animam suam. Item cap. 20. David cadens pronus in terram adoravit tertio, & osculantes se alterutrum fleverunt pariter, David autem amplius. Dixit ergo Ionthas ad David, Vade in pace, quæcunq; juravimus ambo in nomine Domini dicentes, Dominus sit inter mihi & te, inter semen meum & semen tuum usq; in sempiternum. Exemplum insigne omnis modestiae, submissionis & amicitiae in Barzillao Gileadite, dñe nime & beneficio satis 2. Sam. 19, in Hiram 1, Reg. 5, qui amicus fuit Davidis omnitempore: in Obadia aulico erga prophetarum filios & Eliam, in Ebdelechii

Aethiop

Aethiope ac eunucio erga Ieremiam, in tenturione Luc. 7. in Cornelio Act. 10. erga Petrum, in Lydia erga Paulum Act. 16. Nota sit modestia vestra omnibus hominibus Phil. 4.

11. Tractatio cause.

1. In narratione, Partem agri fratris nostri Elimelechi vendet Noe-mis, quæ reversa est de regione Moabitide, quod audire te volui & tibi dicere corā cunctis sedentibus & majoribus natu de populo meo.

2. In propositione, Si vis possidere jure propinquitatis, eme & posside: Si autem displicet tibi, hoc ipsum indica mihi, ut sciam quid facere debeam.

3. In confirmatione, ratione summa ab honesto, Nullus enim est propinquier excepto te, qui prior es: & me, qui secundus sum.

4. In conclusione, At ille respondit, ego agrum emo.

1. Artificium rhetoricum in Notetur. narrations, quo Boas hoc loco utitur in

Q 3 judi-

EXPLICATIO

judicio ad propinquum. Et secundum Aphthonium sophistam narrationis genus triplex est, actuosum seu histrionicum, in quo omnia ficta: historicum, quod antiquam narrationem habet: & civile, quo oratores utuntur in causarum actionibus, contendentes in judicijs, & ad hoc narratio presens spectat. Virtus seu laus quadruplex est, inquit idem Aphthonius, ut sit perspicua, concisa, probabilis & verbis latina. Perspicua satis est Boæ narratio, ut facile quid velit sibi constet: est & concisa, ne multa in unum congerantur, fiatq; mixtura, sed unum post alterum proponitur, ut in partibus singulis se expediat auctor: probabilis in ratione ab honesto seu jure propinquitatis: verbis proprijs, ne in Laconica brevitate divinandum sit, in figuris longe petitis res involvatur, & quid statuendum sit iudex nesciat aut assessores ejus. Exemplum præclarum omnibus studiosis artium ac linguarum in primis observandum & imitandum, ut sæpe ejus admonemur, quod artes

LIBRI RUTH.

artes bona, adeoq; totius philosophiae cognitio donum Dei sit, ac linguarum genera ad S. Sanctum referantur. Act. 2.

2. Reverentia sanguinis in priori agnoscendo, colendo, & omnia officia debita ei deferendo, ut hoc loco in Boa videre licet: in inferiori Lotbo Gen. 13, in æquali Maria virgine desponsata Iosepho Matth. 1. Amicos cole, inquit sapiens, quod solus est homo amicus amico, ut in Phormione apud Terentium, & amicorum communia sunt omnia, ut idem comicus in Adelphis, Cicero 1. officiorum.

3. Eminentia & dignitas Boæ, qui ex potestate plena judicium convocat & ordinat, agit & perorat in causa propria, consulit & concludit, dominusq; populi sui in Bethlehem agnoscitur, sponsus novus Ruthæ, unus ex avis Christi & præcipuus, utpote in cuius honorem hic liber Ruth conscriptus est. Quin & nostra causa agitur in Rutha gentili, ut desperandum sit nulli, qui Deo modo confidat, Christo firmiter adhæreat, & cum Ruthæ

EXPLICATIO

*ad ecclesiam per S. Sanctum se aggreget,
Deumq; verum in filio mediatore per S.
Sanctum colat.*

III. Casus coincidens

1. In relatione. Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque Moabitidem, quæ uxor defuncti fuit, debes accipere. Ratio à causa finali, ut suscites nomen propinqui tui in hæreditate sua.

2. In responsione, Qui respondit ex jure de cessione, Cedo juri propinquitatis: in ratione ab incommodo, neque enim posteritatem familiæ meæ delere debeo: per traditionem liberalem, tu meo utere privilegio, quo me libenter carere profiteor.

Noteatur. 1. Collatio amica & conventio liberalis, refert causam Boas in appendice singulari, renunciat propinquus in rationibus probabilibus, & fit cessio de jure proprio bona gratia in propinquuo, acquisitio autem juris alieni in Boa.

2. Lex

2. Lex successionis primò, in filijs Numer. 27, Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam ejus transbit hereditas: si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos. Quod si & fratres non fuerint, dabitur hereditatem fratribus patris ejus. Sin autem nec patruos habuerit, dabitur hereditas his, qui ei proximi sunt. Eritq; hoc filijs Israel sanctum lege perpetua, sicut precepit Dominus Moysi. Secundo, in uxore fratri Deuter. 25, Quando habitaverint fratres simul, & unus ex eis absque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater ejus & suscitabil semen fratris sui, & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, ut non deleatur nomen ejus ex Israel. Ut autem de personis lex in Mose, ita expositio Boe in praesenti historia de bonis, ut ea simul ducenti cedant, & sic dotata satis uxor fratris defuncti in fratri viventis domum veniat, ad nomen fratris conservandum & rem familiarem augendam.

24

Videa-

Videatur in Harmonia evangelistarum
expositio Matt. 22.

3. Exemplum legis divinæ Deut.
25. observatæ Matth. 22, sed in fictio-
ne Sadducaorum, ut patres omnes fere-
autumant: renunciatæ Ruth. 4. in pro-
pinquo Boë, qui de jure cedit libera volun-
tate, posteritatem familiae sua præhendit,
alteri privilegium in uxore & bonis mo-
bilibus concedit, non sine suspicione ali-
cujus vel insimulationis, vel contemptus,
quemadmodum & in libello repudij Deut.
24. Matth. 19. Et leges licet multæ, con-
sumaces tamen plures legis vim infrin-
gentes, non sine ultione & pœna divina.
Contra primum decalogi præceptum
Aaron idolatriæ autor nefanda Exod.
32. peccat graviter: pythonissam consu-
lit Saul in anxietate animi sui 1. Sam. 28.
Contra secundum iurgans in castris &
blasphemans nomen Domini, ac insuper
maledicens, lapidibus obruitur Levit. 24:
per Rabsacem Sennacherib rex Assyriorum
blasphemat Dominum Deum viventem.
& exprobrat sermonibus ejus, sed spiritus
ei das

ei datur, nuncios audit, & revertitur ad
terram suam corruens in gladio coram fi-
lijs suis in Ninive. Esa. 36. & 37. Contra
tertium filij Aaronis Nadab & Abihu
ignem & incensum alienum inferunt in
populum coram Domino, igneq; absumunt
caelitus Levit. 10: Zelaphhehad ut pu-
tatur, lapidibus obruitur extra castra Is-
raelitarum Num. 15, ligna colligens in
solitudine die Sabbathi: Saul rex & hy-
pocrita, moram faciente Samuele Pro-
pheta, dum holocaustum præparat & pa-
cifica mactat præter mandatum Dei, ma-
le audit, regnum amittit totum, rejectus
a Deo 1. Sam. 13. Contra quartum Core
levita, Dathan, Abiran & Hon Rubeni-
ta, alijq; 250. proceres synagogæ contra
Mosen & Aaronem seditionem movent,
omnesq; terra dehiscit ac deglutit ad u-
num Num. 16, quin & alij sœvientes ac
murmurantes igne vastantur 14700, Aa-
rone inter vivos & mortuos stante ac pro
populo deprecante: Cain fit transfuga
Gen. 4, Cham maledicitur Gen. 9. Ab-
solon de queru pendet 2. Sam. 18. Contra

quintum Ioab Imperator summus belli sanguinem innocentem effundit interficiendo Abnerem principem milicie strenuum ignorantem Davide, & Amasam consobrinum prastantem virum, regique carum, ut non immerito David impetratur 2. Sam. 3, potestati Salomonis tradat 1. Reg. 3. De Absalone 2. Sam. 18, de Achabo & Iezabele 1. Reg. 21. Contra sextum bigamus fit primum La mech impius Gen. 4, repudium in Rabe le introducit & decipit in Lea Iacobum Laban Genes. 29, repudiat Rutham propinquus & Boe concedit Ruth. 4, divor tium facit Saul in Michole uxore Davi dus & Palthi filio Lais de Gallim tradit 2. Sam. 25, restituitur tamen 2. Sam. 3: incestum committit Iudas quartus Iacobifilius cum Thamare nuru, Gen. 38, lastivus ille filius cum nouerca 1. Corinth. 5, qui tamen reconciliatur acta pœnitentia 2. Cor. 2: adulterium David cum Beth sabea 2 Sam. 11, in gratiam reddit statim, id quod & Psal. 51. testatur. Contra septimum Achan furtum facit de ana thema-

themate, etiam sibi reservat Saul excisor Amalechitarum greges & armenta, regemq; Agag captum 1. Sam. 15, & deseritur a Deo, regnum amittit. Contra octavum falsarium agit David, Vriam jure belli abutens 2. Sam. 11. interimens: Iezabel testes falsos producens in judicio apud Isreelitas contra Nabothum 1. Reg. 21. Contra nonum Achab injuste concupiscit vineam Nabothi, & egrotationem simulans injuste Nabothum interfici finit; utut imperium pretendat Iezabel, ultionem exercet le hu. Contra decimum libidinose flammas concipit David erga Bethsabeam, & in filiolo punitur mortuo, mulieribus ac concubinis stupratis, regnq; raptō pro be multatur; de judicibus falsis historia Susanna videatur Dan. 13. Multa igitur ut fiant sane,

Sera tamen tacitus pœna venit pe dibus

secundum poetam, & caritatem ad vindictam gravitate pœne Deus compen sat. Gravis Boas censetur, levis non nihil &

EXPLICATIO

Επλεονεκτηνὸς in familia sua propinquus habetur: ita suus cuique; mos, & nemo sine crimine vivit:

Et ut Horatius i. sermonum satyra 3.

Nam vicijs nemo sine nascitur, optimus ille est,

Qui minimis urgetur.

Quin etiam decipimus specie recte, ut idem de arte.

II. JUS CESSIONIS.

Ad scholam juris peritorum hoc pertinet quidem, verum in sacris fundatum suum habet & exemplum, ut omnis juris prudentia. Ponitur autem

I. Litera. Hic autem mos erat antiquitus in Israel inter propinquos, ut si quando alter alteri suo juri cedebat, ut esset firma consensio, solvebat homo calceamentum suum & dabat propinquo suo. Hoc erat testimonium cessionis in Israel. Et de hoc in thesi quidem ante, in antithesi vero hoc loco, & breviter: pro-

lixè

LIBRI RUTH.

lixè Deut. 25, Sin autem noluerit accipere uxorem fratri sui, quæ ei lege debetur, perget mulier ad portam civitatis, & interpellabit maiores natu dicentes. Non vult frater viri mei suscitare semen fratris sui in Israel, nec me in conjugium sumere. Statimq; accessiri eum facient & interrogabunt, si responderit, nolo eam uxorem accipere, accedet mulier ad eum coram senioribus, & tollet calceamentum de pedibus ejus. Sicutq; in faciem ejus & dicet. Sic fiet homini qui non edificat domum fratri sui, & vocabitur nomen illius in Israel domus discalceati. Non igitur tam facile cessio fiebat, & jure divino fratri uxorem frater ducere cogebatur: concessione liberali absolvebatur, si esset quod prætenderet, non tamen sine ignominia nota, ut calceum exueret de pede fratris mulier, in faciem spueret, & discalceatum nominaret coram omnibus, ut qui fratri in posteritate gratificari nollet. Adeo vera distinctio Aristotelis summi philosophorum lib. 5. Ethico. ad Nicomachum cap. 1. de justicia, ὡραῖον ἀριστοτέλειον.

EXPLICATIO

ορθῶς κείμενο, qualis lex ipsa de successione fratrum: ἢ διποχεδιασμένως, qualis appendix legi propter contumaciam fratrum addita. Congruit hoc Christi responsum Matth. 19. de divorcio ad Sadduceos, Moses ad duritatem cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras, ab initio autem non fuit sic. Non igitur omnia quae licent, recta sunt & facienda, si non adificant & facta mali vel cerie concordari exempli introducuntur. Itaq; quae pacis sunt sectemur, & quae adificationis sunt invicem custodiamus. Noli propter escam destruere opus DEI, inquit Paulus. Rom. 14, Item i. Corinth. 10. omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: omnia mihi licent, sed non omnia adificant. Nemo quod suum est querat, sed quod alterius. Plura de charitate cap. 9.

11. Exemplum

1. In actione, Dixit ergo propinquo suo Boas, tolle calceamentum, qui statim soluit de pede suo. Moderata omnia & in fraudem Ruthae, de qua

LIBRI RUTH.

255

qua agitur, minimè: bene sese habent principia & ex sententia res procedit, Deo fortunante.

1. Acquisitio bonorum jure divisione per emtionem in moneta probata, rebus speluncæ duplicis in extrema parte agri Ephronis pro 400. sicutis argenteis emta ab Abraham Gen. 23: agri Elimelchi in Bethlehem propinquo delati à Boe Ruth. 4. Vel per successionem emtione interveniente & confirmatione judiciali, quæ à propinquo ad Boam devolvitur ibid. Vel per hæreditatem in gradibus proximioribus Num. 27. Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam ejus transibit hæritas: si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos. Quod si & fratres non habuerit, dabitis hæreditatem fratribus patris ejus: Si autem nec patruos habuerit, dabitur hæritas his, qui proximi sunt.

2. Confirmatio bonorum in ritu & ceremonia singulari apud antiquos præservit, per scriptiōē ut videtur Gen. 23, Tob. 8:

EXPLICATIO

Tob. 8.: per calceum Ruth. 4, per pilum ut in Misnia & Lusatia: per calamum, aut stramen ut alijs in locis pro varietate gentium, testibus etiam adhibitis, ut in historia Rutha videre licet, vel amicis proximioribus ut alibi, ne gravamen possessori eveniat, aut impedimentum aliud interveniat tempore procedente. Ambulatoria enim voluntas hominis usque ad mortem, ut iureconsultorum habet auctorita.

2. In testificatione, At ille majoribus natu & universo populo, Testes vos, inquit estis hodie, quod possederim omnia quæ fuerunt Elimeli & Chilonis & Mahlonis, tradente Noëmi: & Rutham Moabitidem uxorem Mahlonis in conjugium sumserim, ut suscitem nomen defuncti in hereditate sua, ne nomen ejus de familia sua ac fratribus & populo deleatur. Vos inquam hujus rei testes estis. Plana sunt omnia bona Elimeli sibi vendicat Boas, Rutham ducit in uxorem, populum

cum

LIBRI RUTH.

tum senioribus in testimonium vocat. Sequitur ratificatio.

3. In approbatione, Respondit omnis populus, qui erat in porta, & maiores natu, Nos testes sumus. Communia haec videntur, at solennia sunt in iudicij omnibus, ut ad finem suum res eveniat voluntate sive libera, sive coacta, tum in civilibus, tum in criminalibus.

4. In voto singulari ob sponsalia plene perfecta, ab exemplis tum internis populi Dei, Faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam sicut Rahelem & Leam, quæ ædificaverunt domum Israel, ut sit exemplum virtutis in Ephrata & habeat celebre nomen in Bethlehem: tum exteris gentium extra ecclesiam, quas Deus pro gratia recepit, Fiatq; dominus tua sicut domus Phares, quem Thamar peperit iudeæ, de semine, quod tibi dederit Dominus ex hac puella. Ad locum de conjugio haec omnia spectant, de quo in Iohanne cap. 2. in Paulo 1. Cor. 7. & per totum librum Tobie. Gra-

R

dus ob.

EXPLICATIO

258

dus obseruentur ad conjugium prospere
rum & felix, è quibus.

- I. 1. Cogitatio ordinationis divinae, que in paradise primum capitulo
Gen. 2, & post lapsum primorum parentum collapsa iterum restaurata est Gen. 3,
unde Ebre. 13. Honorabile connubium in omnibus & thorus immaculatus, fornicatores autem & adulteros judicabit Deus.
2. Sanctionem repetit Christus Matt. 19.
& Paulus 1. Cor. 7, suum consilium addens de in nuptiis. Laus cōjugij in marito Psal. 128, in marita Prov. 31, in prole Psal. 127, in domo Psa. 112.
- II. 2. Usurpatio mediorum, quorum partim timor Dei in precibus ad Deum autorem conjugij, ut Sirach. 26. Pars bona mulier bona in parte bona timentium Deum, dabitur viro profactis bonis. Ut terius extendit David Psal. 128, Beatus vir qui timet Dominum, qui ambulat in vijs ejus: labores manuum tuarum manducabis, beatus es & bene tibi erit. Vxo tua sicut vitis abundans in lateribus dum tue, filii tui sicut novella olivarum:

circu-

LIBRI RUTH. 259

circuitu mensæ tue. Ecce sic benedicitur homo, qui timet Dominum. Conjugium initurus Isaac, in agrum divertit & orat Gen. 24: cubiculum suum petit Sara, & animi cogitata coram Deo naędionyws effundit Tob. 3. Partim reverentia erga parentes, tutores, vel amicos proximos, quorum interest, & y in consilio fideliter latere sunt juxtet preceptum quartum decalogi Exod. 20, Honora patrem tuum & matrem tuam, ut diu vivas & sis longavus in terra. Ad parentem Bathuelam ac fratrem Labanum causam Eliezeris Rebecca reijcit Gen. 24. Mardocheum tutorem in omnibus consiliis sequitur Esther regina Est. 2, ab amicis pendet tota & Noemi socru in primis Ruth Moabitis, nec spes fallit eam Ruth. 3, Partim perfectio laborum in certa vocatione ad instituendam rem familiarem & alendam uxorem cum liberis. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, inquit Deus ad Adamum Gen. 3: & David ad maritum Ps. 128, Labores manuum tuarum manducabis, beatus es & bene tibi erit. Item 37.

R. 2

Inha-

Inhabita terram & pasceris in divitijis ejus. Hinc questio[n]es ad sponsum, quid facturus ipse, quod sponsam deducturus, & quomodo sustentaturus. Culpantur à Paulo desides & ociosi 2. Thes. 3, admonenturq[ue] omnes, ut cum silentio operantes suum panem manducent.

- III.
3. Susceptio causæ matrimonialis, tum ambiendo per viros honestos & veluti testes totius actionis, & per Eliezerem servum suum primarium, quem prius hæredem instituere in animo habuerat, sponsalia filij sui Isaaci Abraham peragit Gen. 24: per Raphaelem itineris non modo comitem, sed & consiliarium fidum cœlitus demissum, conjugium Tobie junioris suscipitur & in patrocinio miti feliciter finitur Tob. 6, 7, 9, 10, 11 & 12.
 2. Tum conveniendo in consensu partis viri, juxta regulam vulgatam, Consensus facit matrimonium si legitimus sit. Ad petitionem Eliezeris consultant parentes & amici proximi, accersit puella, & consensum suum ad voluntatem parentum adjungens, sponsalia de fur-

de futuro in actum presentem diriguntur, ut parentes concludant, servus abitum ad sponsum maturet, sponsa sequatur quam primum nutrice adjuncta more gentium Gen. 24. Tum consummando in copulazione digna & gaudio nuptiali, de quo toto apposite Tob. 7, Et Raguel apprehendens dexteram filie sue dexteræ Tobiae tradidit dicens, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob vobiscum sit, & ipse conjungat vos, impletq[ue] benedictionem suam in vobis. Et accepta charta fecerunt conscriptionem conjugij. Et post hec epulati sunt, benedicentes Deum, cap. 9. convivæ evocantur e Rages Medorum, qui Deum benedicunt, nupis novis gratulantur: cumq[ue] omnes dixissent Amen, accesserunt ad convivium, sed cum timore Domini nupiarum convivium exercerent. De nuptijs filij regis Matth. 22. videatur.

4. Congratulatio mutua in discensu amico & late, quod gaudendum sit cum gaudientibus Rom. 12, & pro invicem orandum laco. s, multumq[ue] valeat deprecatio

*cario justi assidua, id quod Elias Propheta
exemplo Apostolus ibidem comprobat.
Brevis comprecatio cognitorum Re-
becca est Gen. 24, Soror nostra es, crescas
in mille millia, & possideat semen tuum
portas inimicorum suorum: longior &
expolita exemplis testium actionis ma-
trimonialis Ruth 4. Gabelus è Media
vocatus distinctionem adhibet in ordine
certo, ab nuptis ad parentes, & hinc ad
prolem domus ut pignora lecti progre-
diendo, cui & omnes convivæ in Amen
conclamant. Capite 11. amici Tobia gan-
dentes de omnibus bonis, que illis Deus o-
ffendisset, congratulantur. In NOVO te-
stamento Luc. 1. vicini & cognati E-
lisabetha gratulantur, quod magnificasset
Dominus misericordiam suam super eam.
Benedicit Christo nato in terris & Maris
matri ejus Simeon Luc. 2. Magi ab ori-
ente regem novum Iudeorum adorant &
dona ferunt Matth. 2. Adeo bene prece-
ri nuptis, parentibus & liberis, novum non
est, sed debitum more antiquo: confessio
fidei, Symbolum amoris, & oblatio omni-
officij*

officij erga proximum, amicum, & co-
gnatum. Quod ad comprecatio-
nem præsentem, exemplis ea nit-
itur & quidem optimis, internis in popu-
lo Dei Rahelis dilectissima & Lea fæcun-
dissima conjugum Iacobi patriarche: &
externis ex gentibus alienigenis Tha-
maris Cananea, quam ludas quartus Ia-
cobi filius sibi assivit, vi non compres-
sam, ex gentibus aviam C H R I S T I
primam.

Deum omnium salute gaudere, juxta Doce-
missionem Gen. 3. Semen mulieris con-
teret caput serpentis. Et 22. In semine
tuo, qui est Christus Gal. 3. benedicentur
omnes gentes terræ. Item 49. Non aufer-
etur sceptrum de Iuda aut doctor de fe-
more ejus, donec veniat Silo, & ipse erit
expectatio gentium, Psal. 2. Postula
à me & dabo tibi gentes hereditatem
tuam & possessionem tuam terminos ter-
re. Esa. 41. Ecce de te in fœdus populi,
in lucem gentium, ut aperires oculos cœ-
corum, & educeres de conclusione vin-
clū, de domo carceris sedentes in tenebris.

Et 49. Parum est, ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Iacob & feces Israel convertendas. Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usq; ad extremum terra. Leva in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Vivo ego dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris, & circumdabis tibi eos, quasi sponsi. Item 60 surge, illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum & gloria Domini super te orta est, & ambulabunt gentes in lumine tuo & reges in splendore ortus tui. Hag. 2. Erit desideratus cunctis gentibus. Iohann. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam eternam. Et 6 Hac est voluntas ejus qui misit me, ut omnis qui videt filium & credit in eum habeat vitam eternam. Luc. 19. Venit filius hominis querere & servare quod perierat: Matt. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, ego reficiam vos, apud me requiem invenietis pro animabus vestris. Ioh. 13. Cum exal-

eatus

tatus fuero à terra, omnes ad me traham: 1. Tim. 1. Fidelis sermo & omni acceptio- ne dignus, quod Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum, sed immo miseri- cordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Iesus Christus omnem patientiam ad informationem eorum, qui cre- dituri sunt illi in vitam aeternam. Et cap. 2. Omnes homines vult salvos fieri tibi ad agnitionem veritatis venire. 2. Pet. 3. Patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad paenitentiam rever- ti. Conferunt hoc exempla alienigenarum omni loco & tempore, donec plenitu- do gentium venerit: benedictus n. Sem, & Iaphet habitabit in tabernaculis ejus Gen. 9. In Canaan tempore Abrahæ & Ephron Hethiæ Gen. 23, Isaac Abime- lech in Gerar Gen. 26: tempore Iaco- bi Thamar Gen. 38, Iosephi Pharaon Gen. 47: Mosis Ietro Sacerdos in Ma- dian Exod. 3: & 14, Iosuæ & Rabah mere- trix in Iericho Iosu. 2, Gabaonite Ios. 9. tempore Iudiciorum Ruth. cap. 1. & 4.

R 5 regum

regum ut Davidis Arafna lebuseus 1.
Sam. 24, Salomonis Hiram rex Tyri
1. Reg. 5, regina Austris de Saba 1. Reg. 10,
tempore prophetarum ut Eliæ vi-
dua Sareptana ad Sidonem cum filio 1.
Reg. 17, Elifæ Naaman Syrus prefectus
militæ 2. Reg. 5, Luc. 4, Ieremiæ Ebde-
melech Aethiops 1er. 38. Tempore Chri-
sti omni ex parte, Magi ab oriente Matt.
2, ab occidente Græci Ioh. 12, juxta pro-
phetiam Christi Matth. 8, Dico vobis,
quod multi ab oriente & occidente veni-
ent, & recumbent cum Abraham, Isaac &
Jacob, in regno cœlorum: filii autem regni
eijcentur in tenebras exteriores, ibi erit
fletus & stridor dentium. Centurio Matth.
8. & cananea Matt. 15, Magnæ fides: re-
gius Ioh. 4. parvæ at crescentis, Centurio
sub cruce Matt. 27. Tempore Aposto-
lorum totus mundus Matt. 28, Mar. 16,
Act. 2, unde Paulus doctorem gentium se
nominat 1. Tim. 2, & Rom. 15. Audacius
scripsi propter gratiam, quæ data est mihi,
ut sim minister Christi Iesu in genti-
bus sanctificans evangelium Dei, ut fiat
oblatio

oblatio gentium accepta & sanctificata
in S. Sancto ita ut ab Ierusalem per cir-
cuitum usq; ad Illyricum repleverim eu-
angelium Christi. Hinc Paulus ibidem
recte concludit ex 2. Sam. 22, Confitebor
tibi Domine in gentibus & nomini tuo
cantabo: ex Deut. 32, Laudate gentes
Dominum cum plebe ejus: ex Ps. 117, Lau-
date omnes gentes Dominum & magnifi-
cate eum omnes populi, quoniam confir-
mata est super nos misericordia ejus &
veritas Domini manet in æternū. Addi-
tur votū, Deus spei replete vos omni gau-
dio & pace in credendo, ut abundetis in spe
& virtute S. Sancti. Secundo Nullum
peccatore tam graviter deliquerit, quin
in gratiam à Deo recipiatur, modo resi-
puscere, pœnitentiam agat ex animo,
& se convertat ad Deum, non vestimenta
sed cor suum scindendo Iohel. 2. Consoletur
vos promissio Dei Ezech. 33. Vivo ego di-
cit Dominus, nolo morte peccatoris, sed ut
convertatur ab impietate sua & vivat, E-
sa. 1. Si fuerint peccata vestra ut coccinum
quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra
quasi

quasi vermiculus velut lana alba erunt.
 Sap. 12. Quam bonus & suavis est Domine spiritus tuus in omnibus, ideoque hos qui exerrant partibus, corripis, & de quibus peccant admones & alloqueris, ut reliqua malitia credant in te Domine. Eredit nos vox Christi Matth. 9. Non est opus valentibus medico, sed male habentibus: Non veni vocare justos ad paenitentiam, sed peccatores. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua, ad paralyticum: confide filia, fides tua te salvam fecit, ad hemorrhous ibid. Matt. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, ego reficiam vos, apud me requiem invenietis pro animabus vestris: Venit noster filius hominis querere & servare quod perierat, Luc. 19. Confirmet nos sacramentum ministerium in verbi predicatione vera & usu sacramentorum legitimo, per ministros pios ac fideles: nec non vocatio nostra ad vitam eternam, & conscientia nostra in virtute Sancti, qua ad salutem custodimur. De verbo Esa 55. Quemadmodum descendit imber,

imber, & nix de caelo, & illuc ultra non revertitur, sed inebriat terram & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semensem serenti & panem comedenti: sicut ergo verbum meum quod egreditur de ore meo, non revertetur ad me vacuum, sed faciet quacunq[ue] volui & prosperabitur in his ad quae misi illud. Quia in latitudo egrediemini & in pace deducemini, De Sacramentis Mar. 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur. De ministris 2. Cor. 5. Posuit Deus in nobis verbum reconciliationis, pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliemini Leo. De vocatione Eph. 1. In Christo nos sorte vocati sumus, praedestinati secundum propositum ejus, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue, ut simus in laudem nos, qui ante speravimus in Christo. In quo & vos cum audissetis verbum veritatis, euangelium salutis vestre, in quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui

et, qui est pignus hereditatis nostra in redemtionem acquisitionis in laudem glorie ipsius. De conscientia 1. Pet. 1. In quem nunc quoq; non videntes crediti, credentes autem exultabitis leticia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei vestrae salutem animarum vestrum. Et cap. 2. Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuncietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum. Virtute Dei custodimini per fidem in salutem paratam revelari in tempore novissimo 1. Pet. 1. Item 1. Ioh. 3. Filius Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus. Scimus quod cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicut est. Intueamur in exempla sanctorum, non peccata sed paenitentiam imitando, & prostant primi parentes Adam & Eva Gen. 3, miserrimi omnium hominum, at felicissimi ob semen mulieris promissum: suum dedecus in pudendis agnoscit Noa Gen. 9, suam freditatem in incestu deplorat Losh Gen. 19: sibi timet Ruth ben

ben & paenam sentit in posteritate postposita Gen. 49, ut & Simeon rebellis ac seditionis imprimis: vitulum Israeli conflat Aaron & stulte agit Exo. 32, Mose increpante. Omnes tamen resipientes gratiam consequuntur apud Deum: Male rem administrant judices, & idolum erigit Gideon, votum facit temerarium lephte, libidine se poluit Simson, verum factum agnoscunt ut malum, paenitentiam agunt seriam & orationem faciunt indubitatum; ut adeptos eos esse tandem repromissiones, epistola ad Ebraeos cap. 11, testetur. Non minimus peccatorum David rex & propheta in adulterio, homicidio, & presumptione numerandi populum 2. Sam. 11. & 24, miserere de profundis & ex inferis cantat, ut pro remissione peccatorum omnes sanctos etiam orare Ps. 32. fateatur. Cautius mercari dicit Manasses rex impius & sanguinarius in carcere inter vincula & catastas, genua cordis flectit, veniam consequitur & liberationem e carcere, populum autem ab idolatria retrahere non potest, ut est 2. Para. 33. Naevos suos & errata habent alij reges, Assa, Iosaphat, Ezechias

Ezechias & Iosias, sed condonantur ad confessionem liberam ac pœnitentiam seriam, ut vere Psal. 19. dicasur, delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me. Ignobiliores duces populi in infirmitate multiplici, quorum historia sacra retinet, Matthæus evangelista nomina recenset tantum. Quid Petrus perjurus & abnegator? Thomas incredulus summe? Paulus persecutor ecclesie? Iacobus & Iohannes ambitionis? Matthæus scriba ad telonium questum exercens? aliq. discipuli omnes, infirmi, fadifragi, fugitiivi? & tamen Christus pro amore suo omnes suffert, revisit, confortat, ing. integrum restituit Iob. 20. & 21. Humiles igitur simus in pœnitentia cotidiana Luc. 18. prostrati ob peccata fide nos erigamus in Christo, & salva erit anima nostra Gen. 32, misericordiam consecuti cum Thamare & Paulo militemus bonam militiam habendo fidem ad Deum & bonam conscientiam ad proximum. Tim. 1. Tertiò de conjugio, Quis auctor, institutor & consummator sit, Deus ipse.

ipse, qui omnia fecit Gen. 1, & filius ejus Mar. 7, populo acclamante. Quis carpat cum Montanistis, & non potius honorabile agnoscat conjugium, thorumq. immaculatum colat Ebre. 13? Quis vilipendat cum Papistis, & cœlibatum Monachorum impurum preferat 1. Timoth. 4? Quis mutet aut rescindat pro arbitrio suo cum Sadducæis, & non duo sint in carne una Matth. 19? Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates ejus Ps. 111. Quid conjugium sit, & quidem consumatum, opus Dei facientis, quando adhibitis precibus de consilio parentum & consueto eorum quorum interest, post legitimam copulationem puella sponsa in dominum sponsi ad coabitandum ingreditur. Qui finis conjugij, ut uxor costa virum amet, adjutorium rem familiarem curet, mater secunda ut Rahel & Lea prolem gignat, familiamq. in posteritate ut Thamar adficet, siq. post virum exemplum pietatis ac virtutis suis, nomenq. celebre apud alios sibi comparet, veluti Sara 1, Pet. 3, Abigail 1, Sam. 25, Sara

S

uxor

*uxor Tobie cap. ult. Elizabetha Luc. i,
Monica mater Augustini. Quid deniq;
liberi, semen quod Deus dat viro ex pu-
ella vel honesta matrona, ut etiam Psal.
127. David, hereditas Domini filij, mer-
ces fructus ventris. Promissio larga
Gen. 17, ad Abrahamum, Ego Deus tuus
& seminus tui post te. Inducitur autem
Phares e Thamare, propter posteritatem
numerousam ut est Gen. 46, Num. 1, i. Pa-
ra. i. Matth. 1, ubi de genealogia Christi
a Iuda ad Phares e Thamare deducitur,
& de capitulo post parte 4. capituli quarti.*

III. CONJUGIUM BOÆ ET RUTHÆ.

*Q*uod felix, faustumq; sit, ac salutare
ipsi Ruthæ gentili, bene sese habent
principia in ῥητορικώ Noemis callido, in
ῥητορική Ruthæ cauta, in ἀπόστολος Bos-
cum propinquo sedata, sequitur κατα 5^o
Φηλæta, Et

1. Conjugium prosperum ac blandum
Tulit itaq; Boas Rutham, & acce-
pit uxorem, ingressusq; est ad eam
& de

& dedit illi Dominus, ut concipe-
ret & pareret filium. Et hic σύνοψις
de conjugio consumato instituitur.

1. Tulit Boas Rutham, copulando
sibi legitime, cuius forma exprimitur
Tob. 7. Et apprehendens Raguel parens
Sare sponsæ dexteram filia sue, dexteræ
Tobie tradidit dicens, Deus Abraham,
& Deus Isaac, & Deus Jacob nobiscum sit,
& ipse conjungat vos, impleatq; benedi-
ctionem suam in vobis. Hac autem Gen.
1. habetur, crescite & multiplicamini, re-
plete terram & subicite eam, & domina-
mini piscibus maris, & volatilibus cœli,
& universis animantibus, quæ moventur
super terram.

2. Accepit uxorem, pro amore in-
fidem suam ad bonorum communionem,
juxta ordinationem divinam Gen. 2, Di-
xit Dominus Deus, Non est bonum homi-
nem esse solum, faciamus ei adjutorium
simile sibi: & adiuvavit costam, quam tu-
lerat de Adam in mulierem, & adduxit
eam ad Adam. Exemplū in Isaac spon-
so Gen. 24, qui servo cuncta quæ gesserat

EXPLICATIO

narrante domino suo, introducit Rebecam in tabernaculum Saræ matris sua, & accipit eam uxorem, & in tantum diligit, ut dolorem, qui ex morte matris ejus acciderat, temperaret.

3. Ingressus est ad eam, hoc est, cognovit in castitate conjugali ut de Adam Gen. 4. Et cap. 2. dicit Adam, Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea, Hac vocabitur virago, quoniam de viro sumta est. Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem, & adhaerbit uxori sua, & erunt duo in carne una. Idem Tobias junior disertius exponit cap. 8. tertia transacta nocte, in nostro erimus conjugio. Vxori vir debitum reddat, similiter autem & uxor viro: mulier sui corporis potestatem non habet sed vir, similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet sed mulier. Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacatis orationi, & iterum revertimini in id ipsum, ne tentet vos satanas propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam

& no-

& non secundum imperium, inquit Paulus 1. Cor. 7.

4. Dedit illi Dominus, ut conciperet & pareret, quod idem fatetur Iacob ad Rahelem Gen. 30. Num pro Deo ego sum, qui privavit te fructu ventris tui. ecce hereditas Domini filij. merces fructus ventris, canit David Psal. 127. Et 128, Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tue, filij tui sicut novellæ olivarum in circuitu mensæ tue. Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum. Item 113. Quis sicut Dominus Deus noster, qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum latantem. Ut autem amor Dei omnia præstat, ita preces piorum multum juvant, ut habetur Gen. 30, Exaudiuit Deus preces Leæ, concepitq; & peperit filium quintum, Recordatus etiam Dominus Rahelis (appetenis prolem à marito suo, Da mihi liberos alioquin moriar) exaudiuit eam & vulvam aperuit ejus, & concepit & peperit filium dicens, Abstulit Deus opprobrium meum, & vocavit nomen illius Joseph dicens. Adiae

S 3

mihi

mihi Dominus filium alterum. Idem memorat Elisabeth Luc. 1. cum ex Zacharia conceperisset, sic fecit mihi Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. Gloriosissimum omnium in salutem nostram, quod in conceptu & partu servatoris nostri Iesu Christi angelus Gabriel se declarat. S. Sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis est sextus illi, que vocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omniverbum.

5. Peperit filium, pignus thori coniugalis, lumen oculorum, baculum sententutis, solarium vite, spem posteritatis Tob. 10. & 14. Et certe filius sapiens laetificat patrem, Prov. 10. & 15: filiorum quoque privilegium summum, ut quod priores essent in sacris, majores in imperiis Gen. 49. Vnde Sirach. 36, omnem masculum excipit mulier, & est filia melioris

lio, quod satis noematice dictum videtur a sapiente viro.

11. Gratulatio mulierum, Dixeruntq; mulieres ad Noemin, Benedictus Dominus, qui non est passus ut deficeret successor familiæ tuæ, & vocaretur nomen ejus in Israel: & habeas qui consoletur animam tuam, & enutriat senectutem. Ratio à fine conjugij, ex nuru enim tua natus est, qui te diligit, & multo tibi melior est, quam si septem haberet filios. De congratulatione mulierum supra dictum parte secunda, repetitur nunc à mulieribus in forma alia: supra in exemplis de uxore, hic in gratiarum actione de prole & ad quid ea profutura sit.

I. Quis autor bonorum, Dominus Noterur excelsus super omnes cœlos Psal. 113, qui autem quæ vult facit in cœlo & in terra Psal. 215, benedictus Dominus in æternum Psal. 89, benedictum nomen gloriae ejus sanctum Dan. 3.

2. Quid in beneficio, quod non est passus Deus ut deficeret successor familiae & vocaretur nomen ejus in Israël. Ad successionem enim liberorum in domo & augmentum familiarum in posteritate Iudei respiciebat multum, cum essent populus Dei, peculum singulare, ex ijsq; Messias esset oriundus. De beneficiis etiam Psal. 147, Qui annunciat verbum suum Iacob, iudicia & justicias suas Israël: non fecit taliter omni nationi & iudicia sua non manifestavit ei. Paulus Rom. 3, Quid ergo amplius Iudeo est, aut quae utilitas circumcisionis? Multum per omnem modum, primum quidem, quia credita sunt illi eloquia Dei. Et cap. 9, illorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium & promissa: quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est supra omnia benedictus in secula Amen. Totum ad nos gentes accommodat Petrus 1. cap. 2, Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuncietis ejus, qui de tenebris

bris vos vocavit in admirabile lumen suum. Quare recte adhortatur David Psal. 117, Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi: quoniam confirmata est super nos misericordia ejus, & veritas Domini manet in aeternum. Et Moses Deut. 32, Laudate gentes Dominum cum plebe ejus, quod Paulus repeatit Rom. 15.

3. Ad quid proles, Ut habeas qui consoletur animam tuam in eruminis & enutriat senectutem in egestate. De crucie Noëmis, unde erumnae accesserunt, cap. 1. dictum: de egestate, unde res angusta domi, hoc loco mentio fit, ut unicus agellus sit, qui per Noëmin Ruthæ in dote cedat cap. 4. Verum honesta & bene morata sat digna pietasq; cum modestia se ipsam commendat optime. Vnde sequitur ratio à fine conjugij, ex nuru enim tua natus est, qui te diligit ut aviam fidam: & multo tibi melior est in successu felici, quam si septem haberes filios immorigeros. Vnde Sira. 16. Non jucunderis in filiis impys si multipli-

EXPLICATIO

centur, nec oblecteris si non est timor Dei illis: non credas vita illorum & ne resperxeris in labores eorum. Melior est enim unus timens Deum, quam mille filij impy, & utile est mori sine filiis quam relinquare filios impios. Ab uno sensato inhabitabitur patria, & à tribus impyis deseretur.

Sed de filijs bonis doctrina notetur quae officia eorum, 1. Diligere parentes, ij enim progenitores nostri, & ob id honorandi, ut habet quartum preceptum. Additur promissio, eaq; urgetur à Paulo Eph. 6. Filij obædite parentibus vestris in Domino, hoc enim justum est, honorare patrem tuum & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, ut benes sit tibi & sis longævus super terram. In eandem sententiam hortatur Sirach. cap. 3, Deus honoravit patrem in filiis, & judicium matris exquires firmavit in filios. Qui honorat patrem suum vita vivet longiore, & qui obadit patri refrigerabit matrem. Qui timet Dominum honorat parentes, & quasi do-

minis

LIBRI RUTH. 28;

minus serviet his qui eum generunt in opere & sermone & omni patientia. Honora patrem tuum, ut superveniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in novissimo manet. 2. Consolari animam parentum, pietate erga Deum, obædientia erga parentes ipsos, & modestia erga alios, prout opus est & necessitas requirit, quemadmodum Salomon 23. Gaudeat pater iuus & mater tua, & exultet qui genuit te. Sirach. cap. 3. Fili in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligenteris: quanto magnus es humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam, quoniam magna potentia Dei solius & ab humilibus honoratur. Quin corona senum filij filiorum, & gloria filiorum patres eorum: Contra ira patris filius stultus, & dolor matris, qua genuit eum Proverbi. 17, & 19. dolor patris filius stultus. 3. Alere parentes, de quo idem Sirach. cap. 3. Fili suscipe senectam patris tui, & non contristes cum in vita illius: & si defecerit sensu, veniam da & ne spernas eum in virtute.

virtute tua. Eleemosyna enim patris non erit in oblivione, nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, & in justicia edificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui: & sicut in sereno glacie, sic solventur peccata tua, quoniam mala fama est qui derelinquit patrem, & est maledictus Deo qui exasperat matrem. Gen. 9. Semo & Iaphet benedicitur, maledicitur Cham: Gen. 21. Ismael irrisor ejicitur. Hinc avunculae in Iosepho Gen. 47, & ta θεοπλήρεια in liberis gratiis etiam apud Ethnicos, de quibus Valerius maximus lib. 5. cap. 4. Exemplum memorabile in Tiefstettero homine militari, qui parentem pauperem in mensa propria aluit, duce fortissimo Mauricio electore Saxoniae sic assidentes offendente forte fortuna, & factum hoc collaudante unice. Iacobus bonus & simplex benedictionem impetrat; Esau temerarius & confidens ex parte tantum baret: de queru pendet Absolon 2. Sam. 18, in posteritate recipitur Nathan 2. Reg. 11.

III. Nu-

111. Nutricatio filij, Susceptumque Noëmis filium posuit in sinu suo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio. Vilia hæc videntur & domestica, sed consignare quam diligentissime in historia sacra S. Sancto placuit,

1. Ordinatio divina conjugium Gen. 1. & 2, ut honorabile jure inter omnes conjugium esse debeat Ebre. 13.

2. Hæreditas Domini liberi & merces fructus ventris Psal. 127, angelos habet custodes pubes tenera Matt. 18: est & seminarium ecclesia, germen plantationis Esa. 60, opusq; manuum Dei ad glorificandum: flos civitatis, columen familiæ ut apud comicum in Phormione.

3. Tota res familiaris Deo curæ, cui benedicturus, si obsequens fuerit populus Deut. 28, Psal. iii. & 128: nec etiam rejecit bona externa Psal. 144, ubi filij sicut novella plantationis in juventute sua, filia eorum compositæ circumornatae ut similitudo templi, promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud, oves eorum faroſa

sætose abundantes in gressibus suis, boves eorum crassæ, non est ruina maceræ, neq; transitus, neque clamor in plateis eorum: sed distinctionem facit in collatione ad bona æterna. Nam subiiciens, beatum dixerunt populum, cui hæc sunt, beatus populus cuius Dominus Deus ejus. Melior igitur est puer pauper & sapiens rege sena & stulto, qui nescit prævidere in posterum, ut Ecclesiastes cap. 4: melior etiam pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quam dives qui corquet labia sua & insipiens Prover. 19. Delectatur igitur Deus operibus etiam minimis piorum, & S. Sanctus ut accepta Deo ea describit, ac ad posteritatem in memoria transmittit. Vnde de Rahele Gen. 30, Recordatus Dominus Rahelis exaudiuit eam & asperguit vulvam ejus, quæ concepit & peperit filium: de prolificazione Levit. 12, Mulier si suscepit semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus juxta dies separationis menstruæ: de primogenito Exod. 34, omne quod aperit vulvam generis masculini tam de bobus quam

quam de ovibus, meum erit, primogenitus filiorum tuorum redimes, nec apparabis in conspectu meo vacuus. Repitur lex postrema in litera ac sacrificio, & ad Christum accommodatur Luc. 2. Capre dono data Anne uxori Tobie θεος μιλων meminit cap. 2, & catelli filij in itinere cap. 6. & 11. locantem cum Rebecca describit Isaacum Gen. 36, gerulam infantis obedi Noemin Ruth. 4, saltantem atque ludentem coram Domino Davidem 1. Para. 15. Eleganter Christus se pastori comparat Luc. 15, medico Matt. 9, galline Matt. 23, Paulus nutrici 1. Thes. 2.

III. Impositio nominis, Vicinæ autem mulieres congratulantes ei dicebant, Natus est filius Noemi, & vocaverunt nomen ejus Obed. Hic est pater Isai, patris David.

1. Ingeminatio congratulatio-Notetur: nis, primò à populo & testibus in iudicio ad Boam, post à mulieribus in parte obedi ad Noemin, tertio à vicinis ad invicem in circumcisione infantis & imposi-

impositione nominis ejus. Arguit autem hæc ingeminatio pietatem omnium juxta regulam Pauli Rom. 12. Charitatem fraternalm invicem diligite, honore invicem prævenite, gaudete cum gaudientibus, flere cum flentibus, id ipsius invicem sentientes. De charitate fraterna nos toties invitat Johannes in canonica sua priori. Conciliat etiam benevolentiam apud Deum benefactorem, & apud homines, quibus bene volumus & facere studemus juxta Christi instructionem Matt. 5. Luceat lux vestra coram hominibus. Videant opera vestra bona & glorificant patrem vestrum, qui in cælis est.

2. Impositio nominis, que circumcisioem presupponit, in qua nomen infantia dabatur, vel divinitus per angelum, ut Christo Matth. 1. Luc. 2: vel a parentibus, ut Benoni à matre, Benjamin à patri Gen. 35, & Iohanni Baptista Luc. 1: vel ab amicis, ut eidem Luc. 1, & Obedo hoc loco. Obed autem servum sonat, vel propter Rutham gentilem & servam, vel quod in agro inter servos demetenus

Matt.

mater Boë innotuit. Et nomina imposta in circumcisione vel baptismo monent nos. 1. De fœdere Dei inito pro gratia, quod Deus noster esse velic & seminus nostri post nos Gen. 17, quemadmodum & Psal. 111. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus: memor erit in seculum testamenti sui, virtutem operum suorum annunciat populo suo. 2. De re promissione verbi facta in Christo mediatore & liberatore unico, in quo dilecti Ephe. 1, & per quem redemptio interueniente sanguine ipsius Rom. 3. Vnde Tit. 3. Cum benignitas & humanitas apparuit saluatoris Dei nostri, non ex operibus, que fecimus nos, sed secundum misericordiam suam salvos nos fecit, per lavacrum regenerationis & renovationis S. Sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum salvatorem nostrum, ut justificari gratia ipsius heredes simus secundum spem vita eterna. Certus sermo est. 3. De obligatione nostri ad omnem obedienciam, ne Zacharias Sacerdos Luc. 1.

T

ad

ad

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris & memorari testamenti sancti: iusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, daturum semibus, ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruamus illi, in sanctitate & justicia coram ipso, omnibus diebus nostris. 4. De scriptione nominum nostrorum in celo, ut Christus Luc. 10. In hoc nolite gaudere, quod spiritus vobis subjiciuntur: quia dete autem quod nomina vestra scripta sunt in celo. Et Prudentius in hymno sanctorum martyrum Hemiterij & Cheloni: Canticorum orationum,

Scripta sunt celo donorum martyrum vocabula,

Aureis que Christus ille annos avit teris,

Sanguinis notis eadem scripta tenet tradidit.

In sedis igitur Dei transiens, reprobationem in Christo ratam applicemus, in novitate vite ambulemus, & spe glori vita aeterna nos solemurs. In memori-

enim eterna erit justus, ab auditione mala non timebit, cornu ejus exaltabitur in gloria, ut David Psal. 17.

III. GENEALOGIA

CHRISTI

HAE sunt generationes Phares, Phares genuit Esrom, Esrom genuit Aram, Aram genuit Aminadab, Aminadab genuit Naasson, Naasson genuit Salmon, Salmon genuit Boas, Boas genuit Obed, Obed genuit I-sai, Isai genuit David regem. Ad extremum ventum est, & colophon huic libro imponitur intentionem omnem scriptiorum hujus in se continens, qua demonstratio est, unde Christus Messias oriundus sit, ex stirpe Abraham, tribu Iuda & familia David, quemadmodum & Mattheus euangelista inde deducit cap. 1: mentionem faciunt Pharisei Matt. 22, Paulus Rom. 1.

Ut autem de tota genealogia sibi constet, Genealogia Christi sacra scriptura consulatur, & ab Adam Gen. 4: usq; ad Noam Gen. 5: interdeinceps gradus decem, anni 1056, Adam.

protoplastus felicissimus Gen. 1, & miser.
 2 minus Gen. 3: Seth patriæ religionis pro-
 pagator Gen. 3, & apud homines gloriam
 3 adipiscens Sirach. 49: Enos promissio-
 nis divine memor, nomen Domini inlor-
 4, 5, care incipit Gen. 4. Cainan, Mahaleel,
 6, 7 Jared: Henoch ambulans cum Deo &
 receptus à terra, ut det gentibus sapien-
 8 tiām Sirach. 44. & 49: Mathusalem
 9 vita cursus longissimi, Lamech erummo-
 10 sus ob maliciam hominum, & Noa solari-
 sum suorum Gen. 5, inventus perfide
 justas in tempore irae, & factus recon-
 stitutio diluvio terram inundante Gen. 6.
 Sir. 44. Janus ecclō si x ante diluvium
 Enos patriarcham Deum invocare do-
 centem & post diluvium Abramum
 Prophetam, multarum gentium patrem
 2 A Noa attingit. A Noa Gen. 5. rursus ad Abra-
 hamum Gen. 11, gradus decem, anni 892
 1 Sem promissionum Dei hæres, & vera do-
 ctrina castos, rex Salem & Sacerdos Del-
 altissimi Gen. 14, itidem apud homines
 gratiam adipiscens Sirach. 49: Arpha-
 2, 3, 4 xat, Salem, Heber à quo Hebrei, vili
 cursus

cursus longissimi post diluvium: Phaleg 5
 à divisione nomen habens, Rehu, Serug, 6, 7
 Nachor, Thare idololatris at se conver- 8, 9
 tens, Ahraham in Ur Chaldaeorum na- 10
 tus Gen. 11, vocatus ex Haran Mesopota-
 mia Gen. 12, amicus Dei habetur & Pro-
 pheta Gen. 20, cui non est invenitus simi-
 lis in gloria Sirach. 44. Hinc ab Abra- 3 Ab A-
 hamo Gen. 11. ad Boam Rut. 1. gradus braham.
 decem, anni 605, Isaac è corporibus emer- 1
 tuis natus Esa. 51, timor Dei Gen. 31, ty-
 pus Christi Gen. 17, 21, & 22: Iacob qui 2
 & Israel, placidus & simplex, matris ob-
 servans, fratri supplantator, variam for-
 tunam expertus filiis benedicit in terra
 aliena Gen. 49. Iudas à quo Iudei, animi 3
 præstantis, sceptrum in benedictione pa-
 terna auferit & promissionem de semine
 benedictio in Silo Gen. 49: Perez prima-
 rum fratri in utero materno præripit, e-
 minens & felix Gen. 38: Hezron 2. Par. 5
 2, Aram, Aminadab affinis Levi Exo. 6, 7
 6, Nahasson dux tribus suo Num. 1: 8
 Salmon explorator fortis sub losia los. 2. 9
 conjugio Rahab meretricis at resipisci-
 T 3 is pe-

10 sis potitur Matth. 1: Boas vir fortis, pos-
 cens & suorum amans, Rutham Moab-
 itidem in uxorem accipit Ruth. 4. Huius
 4. Ab Boas rursus à Boa Rut. 4. usq; ad Ochosiam regi
 1. Iuda gradus decem, anni 512, Obed
 2. Ruth, carus omnibus Rut. 4: Isai Beithle-
 hemites, florens prole mascula & senex
 tempore Saulis 1. Sam. 17, spectabilis in
 3. radice sua Esa. ii: David rex populi Dei
 II. vir secundum cor Dei, bella domini ge-
 rens 1. Sam. 25, pastor bonus, musicus in
 signis, Propheta sanctus, gubernator felix
 4. ac potens: Salomon rex III. sapientissi-
 simus, potentissimus & ditissimus, templa
 Domini extructor & regia domus, iusta-
 cia cultor at libidini indulgens 1. Reg.
 5. 2. & 3. Rehabeam rex in Iuda 1. des-
 6. piens Sirach. 45. 1. Reg. 15: Abia rex II.
 7. impius & infelix; Assa III. pius & se-
 felix, expeditibus laborans in senectute: 10
 8. Saphat rex IV. pius, sapiens, justus, &
 9. felix 1. Reg. 17. Ioramus rex V. im-
 10. pius & parricida 2. Reg. 8. Ochosia
 rex VI. miser & afflictus 2. Par. 22. Indi-
 5. Ab O- ab Ochosia 2. Reg. 8. usq; ad lechoniam re-
 chosia

gem gradus decem, anni 288, & post A-
 thalam reginā VII. in interregno proter-
 vam & crudelē 2. Reg. 11, Ioas rex VIII.
 initio bonus & moderatus, post crudelis &
 persecutor 2. Reg. 12, 2. Para 23: Amasias
 rex IX. impius, felix & iactabundus 2.
 Reg. 14: Azarias qui & Uzias rex X. bo-
 nus pater familiæ, hostium terror, at aλ-
 λοτροεπίσκοπος & ob id leprosus 2. Reg.
 15: Iotham rex XI. pius & felix 2. Pa-
 ra. 27: Achas rex XII. impius hypocrita,
 bellator infelix 2. Reg. 16. Ezechias rex
 XIII. bonus, justus, beneficus & religiosus,
 precibus pugnans tempore belli & pestis
 2. Reg. 18: Manasses rex XIV. idolo-
 latra, tyrannus, infelix, at paenitens in-
 ter vincula & catastros 2. Reg. 21: A-
 mon rex XV. malus, Josias rex XVI. 8, 9
 pius & sanctus, religionis instaurator con-
 stantissimus 2. Reg. 22. post Iotham regē
 XVII. malum & vicium à Pharaone Ae-
 gypti 2. Reg. 23. nec non Iakim & Ioa-
 chim dictū regē XVIII. malum & tribu-
 ta pendente Nabugdonosori, Iechonias
 rex XIX. sanabilis, in exiliū spontaneū ad
 T 4 lere-

Ieremie consilium consentit, & Babylone
 nem migrat 2. Reg. 24, evehiturq; solo
 inter reges elevato 3. Reg. 24. Inde rur.
 6 A le- sus à Iechonia 2. Para. 36. usque ad loa-
 chonia chimum avum Christi Messiae Servatoris
 1 omnium gradus viginti, anni 550 Seal.
 2 thiel in exilio vivens & moriens, Zo-
 robabel post captivitatem Dux 1. sapi-
 entia & animositate preeditus singulari-
 templi Hierosolymitani instaurator cum
 3 Iosua sacerdote summo Esdr. 4. Resa Me-
 4 sufflam D. II. Iohanan Benresa D.
 5,6 III. Iudas Hircanus D. III. Ioseph
 7,8 D.V. Abner Semei D. VI. Eli Mathe-
 9 tias D. VII. Aser Mathat D. VIII. Na-
 10,11 gid Artaxad D. IX. Haggai Eli, qui
 12 & Esli D. X. Maslot Naum D. XI.
 13,14 Amos Sirach D. XII. Mathatias Si-
 15,16 loah D. XIII. Ioseph II. Arses D.
 17 XIV. Ioannes II. Hircanus D. XV.
 18,19 Melchi sine ducatu Luc. 3, Levi, Ma-
 20 that, Ioaichim qui & Eli, cuius ex An-
 21 na uxore filia Maria virgo, de qua Je-
 22 sus Christus secundum carnem, ut Esa-
 ias Propheta cap. 7. vaticinatus est, Ecce
 Iesus Christus
 virgo

virgo concipiet & pariet filium, & voca-
 bitur nomen ejus Emanuel: batiram &
 mel comedet, ut sciat reprobare malum &
 eligere bonum, Et Gabriel angelus Lue. 1.
 ad Mariam ipsam exponit, S. Sanctus su-
 perveniet in te & virtus altissimi obum-
 brabit tibi, ideoq; quod nascetur ex te
 sanctum filius Dei vocabitur. Item Matt.
 1. ad Iosephum, Ioseph filii David, noli ti-
 mere accipere Mariam conjugem tuam,
 quod enim in ea natum est, de S. Sancto.
 Pariet autem filium & vocabis nomen e-
 jus Iesum, ipse enim salvum facies popu-
 lum suum à peccatis eorum. Congruit
 historia Luc. 2, Factum est cum esset
 ibi, completi sunt dies ut pareret, & peperit
 filium suum primogenitum, & pannis eum
 involuit, reclinavit eum in praesepi, quia
 non erat ei locus in divisorio. Hinc fi-
 lium hominis se vocat Christus hinc in-
 de Matth. 16, Mar. 9, Luc. 19, Ioh. 3. &
 6: & idem Iohannes distinguit ex-
 pressae naturae in Christo Ioh. 1. Ver-
 bum caro factum est, & habitavit in no-
 bis, & vidimus gloriam ejus quae si uni-

T S geniti

II. VSVS.
1. Promis.
Co.

geniti à patre, plenum gratia & veritate. Simili modo Paulus Rom. 1, Evangelium promisit Deus per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ex semine David secundum carnem, qui prae destinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri. A Joachim igitur ad Mariam anni 45, hinc 14, ad Christum natum in universum anni 59, si addantur numerus exit. 3062: & ab initio recapitulando in Christo omnia consistunt, id est qui reprobatus est à Iudeis adificans Iacobum & factus est in caput anguli, & non in alio aliquo salus, nec enim aliud nomen est sub celo datum hominibus, in quo porteat nos saluos fieri Act. 4.

De causis vero genealogie Christi dictum Matth. 1. & Luc. 3, quarum praecipua, ut nota esset stirps, tribus & familia, è qua Christus nascetur secundum carnem, qui secundum spiritum Dei declaratus esset Rom. 1. Generaliter sicut promisio primis parentibus dato

Gen. 1

Gen. 3, Semen mulieris conteret caput serpentis. Particularis Noe Gen. 9, Sit maledictus Cham & servus fratribus suis, benedictus Sem & Iaphet habitet in tabernaculis ejus. Ad Abraham astringit Deus Gen. 22, Benedicentur in semine tuo (qui est Christus Gal. 3.) omnes gentes terre: ad Iudam quartum filium suum Jacob Gen. 49, Iuda te laudabunt fratres tui. Non auferetur sceptrum de Iuda, neque doctor de semore ejus, donec veniat Silo, & ipse erit expectatio gentium. Singulariter per Nathanem Deus David significat 2. Sam. 7, Fidelis erit domus tua & regnum tuum usq. in eternum antefacie meam, & thronus tuus erit firmus jugiter: explicat David ista est lex Adam Domine Deus, velut 1. Par. 17. Locutus es super dominum servi tui etiam in futurum, & fecisti me spectabilem super omnes homines. Repetit David sub iuramento Psal. 89. & 110, Matthæus cap. 1, Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham. Abraha mentione Ioh. 8, de Davide disceptatur Matt. 22.

Inno-

Innotescit inde & veritas Dei servandis promissionibus, ut Psal. 105. Minor fuit in seculum testamenti sui, verum quod mandavit in mille generationes. Quod dispositum ad Abraham, & iuramenti sui ad Isaac: & statuit illud Iacob in praeceptum, & Israel in testamentum aeternum. Et illi, Fidelia omnia mandat ejus, confirmata in seculum seculi, facta in veritate & equitate. Applicat Maria virgo in canto suo Luc. 1. & Zacharias Sacerdos ibid. Quis igitur dubius de ulla promissione Dei nobis facta in filio suo? Si Deus pronobis, quis contra nos Rom. 8.

3 Misericordia.

Commendatur tandem misericordia Dei immensa, tum ergo gentes miserias, quas pro gratia sua filio ex omni populo recepit semper & in consorium populi sui ascivit, ut jure ipso Moses exhoretur Deut. 32, & alleluia canat David Psal. 117. Annumeratur a Matthao Thamar Cananea extra promissionem Gen. 38, quam Judas comprimit & in uxorem dicit: Rahab Hierichun-

richuntina ac meretrix, qua bene cupiens Israeli Salmona cedit: Ruth Moabitis extra terram sanctam, qua Deum Israe lis agnoscit, & in thorum Boe venit mater Obedi patris Isai, avi Davidis regis Rut.

4. Tum erga omnes peccatores, quorum Deus miseretur Ezech. 33. quosque Christus in genealogiam suam associat Matt. 1, unde vox dulcis confide fili remittuntur tibi peccata tua; Confide filia, fides tua te salvam fecit Matt. 9. Luc. 19. Venit filius hominis querere & servare quod perierat. Immiscentur fratres Iudei nefarij, incestuosi, seditionis, proditores, homicidae Gen. 49: Bethsabea uxor Urias Hethi, quam David rex rapit & propriam facit, ipsa lugens maritum occisum in acie, & filium in adulterio natum, a Davide consolatur 2. Sam. 12: fratres rursus lechonix varij & dissoluti, maliti & sedifragi 2. Reg. 22. & 24, 2. Para. 36. Boni quidem patriarcha, notati reges ut plurimum, judices mixti & ignobiles multi. Nemo presumat, nemo despiceret: resipiscamus omnes & convertamur ad

EXPLICATIO

302

mur ad Dominum Deum , quia benignus
& misericors est, patiens & multe miseri-
cordiae, & praestabilis super malicia. Quia
scit si convertatur & ignoscat, & reuin-
quat post se benedictionem, sacrificium &
libamen Domino Deo nostro, I. oel. 2. Bo-
num etiam facientes non deficiamus
tempore enim suo metemus non deficien-
tes : ergo dum tempus habemus, open-
tur bonum ad omnes, maxime autem ad
domesticos fidem, Gal. 6. Quasi liberi, &
non quasi velamen habentes maliciam
libertatem, sed sicut servi Dei 1. Pet. 2. Mi-
litemus bonam militiam habentes fa-
dem & bonam conscientiam 1. Tim. 1, u-
certando bonum certamen, cursum con-
mando & fidem servando, in reliquo co-
rona justicie reponatur, quam reddet Do-
minus in illo die iustus judex omnibus,
qui diligunt adventum ejus 2. Timothei 4.

cui laus, virtus, honor, gloria
in secula seculorum,

Amen.

F I N I S.